SI vacantia, vel alio modo bona delata[n] legibus ad ærarium perhibeantur[o]: certi palatini[p] electi, & iureiurando obstricti mittantur, vt eorum instantia[q] præses prouinciæ præsente fisci patrono diligenter inquirat, cuius vacans cadensq; fuerit patrimonium, quantúmque, vel quale videatur[r]: vt cùm data[s] reclamandi copia[t], nullum id vel iure possidere, vel vendicare constiterit, locúmque ærario factum esse, tam ipsius[v] relatione, quàm publicorum monumentorum[x] fide constiterit: rerum nobis notitia intimetur: vt iussu nostro vacantia, vel aliæ res nomine occupentur[y] ærarij. quæ forma[z] etiam in parte bonorum, vel in vna alterave re, seu actione vna vel etiā pluribus seruetur. Nam si quid per fraudem in dispendium ærarij fuerit admissum: missi quidem executores[a] nō euitabunt indignationē: præses autem facultatum partem dimidia multabitur: fisci[b] verò patronus detrimentū, qđ vitio eius fisco ingeritur, resarcire vrgebitur.

TITVLVS XI.

DE DELATORIBVS[c].

Si relinquitur tacitè incapaci, non defertur in fiscum. Bartol.

Imp. Alexander A. Haterio. I.

a SI quando. Publicatione. Quæ fit ex varijs causis: vt. ff. de iur. fisc. l. j. Accur.

b Iuris. scilicet alterius, vt donatione vel successione.

c Nostræ. id est, fiscali, quæ est nostra: vt. s. de quadri. prę. l. fi.

d Rite. scdm formā hic subiectam, qñ quæstio nō refertur: vt hic, alia secundū formam. j. eo. l. fin.

e Rationales. pcuratores Cæsaris: vt. s. de modo. mul. l. ij. q incorporabit, vt iudex: vt hic, qđ faciet primo comes capiendo, secūdo dando pcuratori Cæsaris: qui ponet eos in numero & corpore aliarū rerum fiscalium.

f Cōmorantes. s. comites & rōnales.

g Stylus. scribētur eā noīa & qualitates rerū quasi quoddam inuentarium: vt. s. de bo. p. l. si quis intra. Et not. hic, qđ in qualibet prouincia erat vnus procurator Cæsaris: & vnus comes rerum priuatarum. Item not. q hæc lex facit ad secundā partem tituli.

h Consecranda. i. adiungēda: & dic q quando adjcitur, debet scribi manu publica quo titulo. s. vtrū ex donati vel successione, vl quoquo modo fisco obueniunt. Vel q quādo adjciū tur, imponit in ipso prædio signū: q ꝑ nō licet nisi autoritate publica. i. cōpetentis iudicis: vt hic, &. s. vt nemo priua. l. ij. & in auth. de man. prin. §. titulos. colla. iij. alias punitur, vt ibi & hic dicitur.

i Vsurpatione. vsurpat qui cōtra prę dicta facit.

k VAcantia. Trāsferri. de facto. nā dñium ipso iure quęrit fisco, si soluendo sunt: vt. ff. de iur. fis. l. j. §. an bona.

l Linea. inferiori vel superiori vel transuersali, etiā vltra. vij. vel. x. gradum secundum P. quod non placet: quia post legitimum successorem succedit vxor, & postea fiscus: sed legitimus non est vltra. x gradum: vt. s. vnde vir & vxor. l. j. Accur.

m Iuris. legitimus successor iuris est adoptiuus: vt. ff. de suis. & leg. l. j. §. fi. & l. ij. §. hæreditas. Item alij: quos dic vt not. s. l. j. & facit. s. de cadu. tol. §. fi. et. j. de prępo. sa. cub. l. pe. §. intestatorū. & in auth. de hære. & Fal. §. inordinatum. & in titu. j. l. ij. & in auth. vt nulli iu. §. fin. & in auth. de nup. §. si igitur. colla. iiij.

n SI vacantia. Delata. s. damnatorū, vel alio modo: quod dic: vt. ff. de iure fisc. l. j. Accursius.

o Perhibeantur. id est, inueniatur.

p Palatini. de quibus habes. j. de palati. sacra. lar. Vel dic qui cunq; de curia missi.

q Instantia. qui executores. j. dicūtur. & not. quod quasi offi. iud. expeditur. & sic intelligo. s. de iu. fis. l. defensionis. Accur.

r Videatur. reducendo hoc in scriptis: vt. C. de bo. proscrip. l. siquis. Accur.

s Data. ablatiui absoluti, scilicet data copia: & facit. s. de iure fisc. l. prohibitum. &. l. defensionis.

t Copia. si ergo aliquis resistit, debent remanere bona apud possidentem donec liqueat ea confiscanda: vt. s. de iure fisc. l. defensionis.

v Ipsius. scilicet prę fidis per propriā epistolam.

x Monumētorū. quæ facta sunt super bonis inuentis quasi quoddam inuentarium: vt. d. l. s. de bo. ꝑscrip. l. siquis intra.

y Occupentur. per eosdem palatinos vel alios ad hoc missos, vel si non mittatur aliquis pro capiēdo, tradentur comiti rerum priuatarum & procuratori Cæsaris ad incorporandum: & isti iterum acquirent: vt. d. l. si quis. & s. eo. l. si quando. Itē quod dicit occupentur: de facto: nam de iure non est opus, scilicet soluendo sunt: vt. ff. de iure fisc. l. j. §. an bona.

z Forma. de inquirendis & capiēdis bonis prædictis.

a Executores. quos s. vocauit palatinos. Accursius.

b Fisci vero. fa. s. de aduo. fis. l. fisci. & j. de anno. & trib. l. iij. Accursius.

c DE DELATORIBVS.

Dixit de bonis vacantibus: nunc de eorum bonorū delatoribus. & not. q deferre dicitur multis modis. Primò, id est, qui aliquid offert. vnde dicitur, hæreditas defertur: vt. s. de Car. edict. l. ij. Item accusare de quolibet crimine: vt. C. ad. l. Iul. rep. l. iubemus. Item bonorum nuntiator: vt. ff. de diuer. prærscript. l. intra. & ita hic. Item deferre, scilicet honorem: vt. s. de episcop. & cleri. l. presbyteri. hic autem ponitur pro delatore bonorum iusto vel iniusto. & est iniustus ratione personarum etiam si probet: vt infra eodem. l. fin. Item prohibētur aliqui deferre propter honorem, vt clarissimi. Item veterani. Item milites, propter honorem stipendiorum. Item propter sexum, vt mulieres. Item propter damnationem, vt qui fustibus cæsi sunt, & in opus publicum damnati sunt. Item in metallum damnati. Sed eas causas, quas ante damnationem cœperunt deferre, post damnationem possunt exequi: vt. ff. de iure fisci. l. deferre. sed qui admittuntur, si nō probant, sunt iniusti & infames: vt. ff. de iure fisci. l. secunda. in prin. & infra eo. l. prima. &. l. nulla. &. l. ex varia. &. l. omnes. in fin. &. C. de epis. & cleri. l. nulli. in fin. & in alijs casibus: quod dic vt infra eodē. l. ex varia. si vero probant, prēmium habent: vt. ff. de iure fisci. l. edicto. §. extat. Item differt hic titulus ab illo infra de ijs qui se defe. quia ibi se, hic alios deferunt. Accursius.

Si ei

SI ei, qui capere potest[a] tacitum[b] fideicommissum relictum est: cessat delatio[c]. His enim prohibetur tacitè relinqui, qui palam relictum capere non possunt[d].

Qui defert ex necessitate officij, uel ex præcepto iudicis pœnā delatoris nō sustinet. Bart.

Imp. Gordianus A. Nicontio. II.

MOnente officij[e] sollicitudine, quinimo iussu procuratoris[f], vt causam ab alio delatam conuenienti diligentia instrueres: non ipsum voluntarium delatoris munus suscepisse te, actorum lectio, quæ precibus intexta sunt, manifestè declarat. Ea propter, ne quid in persona tua, quod est sectæ temporū meorum alienum, attentetur[g]: præses prouinciæ vir clarissimus ad sollicitudinem suam reuocabit.

Qui ad defensionem suam alium nominat, nō uidetur deferre. Bart.

Idem A. Chlœlio. III.

NVlla macula[h], vel crimine[i] delatoris aspergitur is, qui cū ab officialibus[k] fundum seu domum fisci possidere contenderetur: non se, sed alium eius rei possessorem esse monstrauit[l].

Qui uenit ad defensionem reipublicæ: ut delator non punitur. Bart.

Imp. Philip. A. Candido. IIII.

EX varia statutorum[m] diuersitate ad id decursum est, vt ij, qui reipublicę causas defendunt[n], delatorū criminibus non teneantur[o]: cùm omnibus notissimū sit, eos solos execrabiles[p] nuntiatores esse, qui fisco deferunt[q].

Delator non admittitur sine patrono fisci, & malè deferentes ex consuetudine, grauissimè puniuntur. Barto.

Imp. Cōstātinus. A. ad prouinciales. V.

OMnes iudices inuigilare præcipimus, delatores sine fisci aduocato denuntiantes, pœnis[r] afficere, apertissimi enim iuris est, vt quod ex cuiusque patrimonio ceciderit in casum[s], & legibus[t] & recto[v] iuris ordine fisci aduocatis agentibus vendicetur. Sed quia nonnulli præcipites, secundum ius possessa patrimonia deferre nō cessant: damus omnibus licentiam, qui se læsos existimant[x], contra delatores seueritatem iudicū implorare[y] ferro districtam. D. x. calen. April. Constātinop. Constantio & Albino Cons.

Seruus punitur, si dominum deferat, præterquam in crimine læsæ maiestatis. Bart.

Imppp. Gra. Valēt. & Theod. AAA. Panthellenio consulari Lybiæ. VI.

SEruum domini delatorem iubemus in exemplum omnium proditorum seuerissimæ sententiæ subiugari[z], etiam si obiecta probauerit, excepto crimine maiestatis. D. vij. calen. Nouemb. Constantinopo. Antonio & Syagrio Cons.

a SI ei qui capere potest. Cum effectu. s. ex testamēto: vt. ff. de verb. sig. l. aliud. & in hęrede suo vel extraneo, quæ tēpora inspiciātur, an sit capax vel nō, dic vt no. inst. de hære. quali. & dif. §. sui. & §. in extraneis. hac autē lege hic legatarius seu fideicōmissarius generalis vel specialis, cui tacite aliqd est relictū duobus tēporibus debet esse capax scilicet testamēti, & mortis: & sic hic erat: vt. ff. de de iur. fis. l. nō intelligitur. §. quādo autē. si aūt primo poterat, secundo nō pōt capere: cessaret & tunc delatio: nisi forte in futurū fidē accōmodauit institutus. item si primo nō potuit, secundo potuit ei relinqui: de benignitate parcit, vt. d. l. non intelligit. §. qn̄. & not. ff. de ijs qui. vt indi. l. in fraudem. in prin. et §. quæ autem faciunt non capacem, no. insti. de leg. §. incertis.

b Tacitum. qd' est qn̄ domestica cautio vel promissio est: nō palā in testamēto vel codicillis: & de hæreditate non de suo rogatur: vt. ff. de iur. fis. l. nō ītelligit. in prin. & §. q̄ro. & §. si quis palā. & §. tacita. & l. ita fidei. in princip. & in fin. & de. leg. j. l. in tacitis.

c Delatio. alias si neutro tpe fuerit capax, dodrans relicti aufertur non capaci, & quarta rogato, qcūq; deferat: vt. ff. de iure fisc. l. j. & s. ad. l. Falci. l. iij. & ff. de ijs quib. vt indi. l. hæres. rogatus autē excusatur, si palā rogatur: vt. ff. de iure fis. l. non intelligit. Itē si est seruus rogātis: vt. ff. ad l. Falc. l. si tacitū. Itē si filius: vt. ff. de ijs qui. vt indi. l. in fraudem. si. fin. Itē si se deferat: vt. j. tit. ij. l. j. Accur.

d Non possunt. ergo si possunt, potest tacite relinqui eis: loco sumpto à cōsequēti destructo. ad quod. ff. de pub. l. si ego. §. partus.

e MOnente officij. quod geris: quia eras palatinus: vt. s. tit. j. l. fi. vel pone: vt. ff. de iu. fis. l. fiscus. §. delatoris.

f Procuratoris. fisci vel Cæsaris: q etiā excusant: vt. ar. ff. de ijs q. vt indi. l. in fraudē. §. fi. & de bonis li. l. q cū maior. §. si patris. & s. de iu. fis. l. ij. & l. phibitū est. nec ob. ff. de iur. fisc. l. ij. §. diuus, qa ibi mādatū, hic iussum est: īter q̄ est differētia: vt insti. de Att. tu. §. nos aūt. & ff. man. l. j. Itē habet hic ius mandandi.

g Attentetur. i. ne patiaris pœnas delatoris, tria te excusant officium, iussus, & q alius inchoauerat: licet non probaueris. alias patieris pœnas: quas dic vt not. j. eo. l. ex varia.

h NVlla macula. infamiæ.

i Vel crimine. id est, pœna criminis, quod committit delator non probans: vt. j. l. proxi.

k Officialibus. palatinis: vt. s. tit. j. l. fin.

l Monstrauit. alias nō mōstrauerit: vt. ff. de iu. fis. l. deferre. §. sed & cōmunem. magis enim videtur delationem contra se factam repellere, quem alium quenquam deferre: vt. ff. de iu. fisc. l. ij. in prin. & l. fiscus in quæstione. §. fi. & l. delator.

m EX varia statutorum. id est, legum statuentium. sic. s. de sen. ex breui. re. l. statutis.

n Defendunt. in iudicio alio prouocāte. ad qd'. ff. qd' cu. vni. no. l. j. §. fi. & s. de infa. l. neminem. vel extra ius: vt. ff. de ope. no. nun. l. in prouinciali. §. fin. & l. seq.

o Non teneantur. est ergo crimē deferre, & nō pbare: & punit infamia: vt. s. l. pxi. & ff. de iu. fisc. l. ij. in prin. et l. deferre. §. sed & cōmunē. Itē q tm̄ dat fisco, quātum detulit: vt. ff. de iu. fis. l. senatus. §. senatus. & §. diuus. & l. Arrianus. Itē alia: vt. j. l. pxi. ab alijs pœnis excusatur multis modis quas dic: vt. ff. de iure fisc. l. ex quibusdā. & s. eo. l. monente.

Deferre & non probare crimen est.

p Execrabiles. id est, odiosos.

q Deferūt. s. inchoādo, & spe pmij: & nō probāt nisi excusent aliquo de pdictis modis. ad qd'. ff. de iur. fisc. l. deferre. §. sed & cōem. Itē ciuitati nō defertur: vt. s. tit. j. l. j.

r OMnes. Pœnis. extra ordinem: cum non dicat quas: vt. ff. de pœ. l. sanctio. & facit. ff. de iu. fis. l. si fiscus alicui. & s. de aduo. l. fi. & s. tit. j. l. fin.

s Casum. ex delicto. vel quia sine successore decessit.

t Legibus. vt. s. tit. j. l. fi. & l. antepe. & de iur. fis. l. prohibitum. & l. defensionis.

v Recto. alias retro, & alias recto. i. eo ordine, q hactenus obtinuit q est in legibus prædictis. Accur.

x Existimant. ex tali delatione.

y Implorare. accusando & faciēdo eos puniri districte cū ferro. nā vt dicūt cōtineri in Theodosiano codice, caput et lingua ei amputant. ad quod. s. de calum. l. nostris. & habeas districtā. alias distractā, id est, executam. & habet locum hęc pœna si criminaliter accusetur: alias habent locū illæ quas notaui. s. l. pxi. ad quod. ff. de ijs qui. vt indi. l. j. vel habet locum quando ex consuetudine facit: vt. j. de superexac. l. j. Accur.

Delatoris ini qui pœna.

z SEruum. Subiugari. forte metalli: vt. ff. de offi. præ. vr. l. j. §. qd' aūt. & §. cū patronus. vel etiā mortis. ad qd'. s. qui acc. nō pos. l. pe. in fi. & l. fi. Itē facit. j. in qb. cau. co. cē. l. ij. & ff. de iu. fis. l. ij. §. pe. Itē no. ī exēplū. ad qd'. C. ad. l. Iu. re. l. j. & ff. e. l. quāuis. & ff. de cust. reo. l. diuus. in fi. & ff. depositi. l. bona fides. in prin. Itē no. eum puniri etiā si probauerit. ad qd'. ff. de re mili. l. iij. §. in bello. & ff. de neg. gest. l. fi. Sed ar. cōtra. ff. de bo. li. l. qui cū maior. in fi. & ad Turp. l. j. §. pen. Itē not. q excipit crimen maiestatis: vt hic, & ff. ad. l. Iul. ma l. famosi. §. serui. sed & torquet eodē casu seruus, & etiā in alijs qnq;: vt. s. de quæstio. l. j.

De petitio-

a DE PETITIO. BONO. &c.
Alias bonorũ: & tunc dic petitis. i. petitionibus, aliàs deest: & tunc pone petitis neutraliter: vel subaudi rebus siue bonis.

b QVisquis. Consuetudo. & lex vt. ŝ. ad. l. Iul. maie. l. quisquis. circa prin. etiã hodie: vt in auth. vt nulli iud. §. fin.

† In exem. Vic. plane petitionibus legitur, & ita reposuit Pyrrhus hic.

c Eadẽ. idẽ si ex alio delicto sunt delata: vel etiã succesſiõe: vt. j. l. pxi.

d Legem. s. istam.

e Inhiatione. i. frequenti petitione.

f Legis. s. huius: de quo extra ordinẽ punit̃: vt. ff. de pe. l. sanctio. Itẽ no. q̃ ex sola petitiõe: alias supplicatiõe licet ifructuosa punit̃: vt. j. q̃ milit. nõ pos. l. eis quidem.

g Relinquatur. cuius prohibet̃ petitio, eiusdẽ facta cõcessio nõ valet: vt hic, &. ŝ. si nupt. ex rescrip. pe. l. fi. in fi. &. j. de naui. nõ exc. l. fi. & in auth. de nõ alie. §. q̃ vero. & in authẽ. vt omnes obed. iu. p̃uin. §. hãc dicentes. &. §. si vero qũisq̃. coll. v. nisi ex certa scientia dicendo nõ ob. hac. l. argu. ff. de le. iñ. l. siqs. in prin.

† Concor. cum in iuue tute. §. cæterum. extra de pur. cano. & quod no. gl. in verbo. nascatur. ad fi. in. c. j. extra de cõsti. li. vj. & gl. in. cap. tuę fraternitatis extra de prẽb. & dig. vbi verba ista recitat. d. glo. ab hac. l. extracta.

h Nullo tamen. ad hoc. ŝ. de cri. sacr. l. fi. &. ff. q̃d q̃sq̃ iur. l. iñ. in prin. Sed contra. ŝ. de bo. va. l. j. Solu. ibi cũ petitione. Itẽ arg. cõtra. j. de loca. prẽd. ciui. l. iñ. Sed ibi ab alio possidebatur. Itẽ dic tm̃. i. nõ petendi. vel. i. res, nõ ius capiẽdi: vt & res p̃bendæ, nõ aũt prẽbenda põt cedi. Et not. hic, q̃ q̃dã honeste accipiuntus, quæ non honeste petunt̃: vt. ff. de orig. iur. l. iñ. §. fina. &. ff. de va. & extraor. cog. l. j. §. proinde.

Honeste quę dam accipiũ turquę inhoneste petuntur.

i OMnes enim. alias incipit, omnis em̃. et sc̃dm hoc dicũt cõtinuari cum prẽcedenti: & subaudi vias. vel subaudi initiũ apud oẽs alienas fortunas. Vel melius habeas omne semen [a] &c. ipsa em̃ rei princ. &c. vt in auth. de nõ alie. §. finimus. nec em̃ leges codicis cõtinuantur: cũ quẽlibet per se & certa debeat esse: vt. ŝ. de no. cod. confir. l. j. §. quibus.

a Qualiter & in exemplari vetusto apud sanctũ. Victorẽ ad muros Parisi ẽses legitur.

TITVLVS XII.

DE PETITIONIBVS † BONORVM [a] SVBlatis, constitutio Gregoriana.

Bona, quæ deferuntur in fiscum, nemo potest sibi impetrare: & concessio facta ad petitionẽ alterius, non ualet: secus si fieret motu proprio principis. Bart.

Imppp. Grat. Valẽt. & Theod. AAA. Eutropio præfect. præto. I.

QVisquis in crimine maiestatis deprehensus fuerit, & punitus, bonaq̃ eius (sicut plectendi consuetudo [b] criminis habet) fiscus inuaserit: nullus eadẽ [c] sub specie munificentiæ principalis audeat proprio iure poscere. qui contra legem [d] id ausus fuerit sperare, quod nõ licet, rẽus violatæ legis habeatur. Sed quoniam † plerunq̃ ita in nonnullis causis inuerecunda petentium inhiatione [e] constringimur, vt etiam non concedenda tribuamus: nec rescripto quidem nostro aduersus formam latæ legis [f] loci aliquid relinquatur [g]. Si quid autem ex bonis talibus nostro iudicio, nullo tamen [h] desiderante atq̃ poscente, cõcedi cuiquam voluerimus: huiusmodi tantùm valeat liberalitas. D. xvj. calend. Decemb. Thessalonicæ, Gratiano. v. & Theodo. AA. Conss.

Nullus admittitur ad impetrandas res delatas in fiscum siue fiscales: & impetrans & officiales curiæ principis, qui in his impetrationibus operam darent, uel scriberent, legitimè puniuntur. Bart.

Impp. Theod. & Valent. AA. Florentio præfec. præto. II.

OMne semen [i] alienas appetendi fortunas, stirpitus [k] eruere cupientes, nulli deinceps volumus petitionis rerum esse licentiã. Et si intestatus [l] quisquã quædámve [m], ac nullis ex numero propinquorũ existentibus, vel vxore vel marito [n], fati munus impleuerit: cuiuscunq̃ [o] sit cõditionis aut sectæ, seu quolibet titulo res fuerit fiscalis: nemo audeat ad petitionem [p] rerum defuncti defunctǽve, cuiuscũq̃ fortunæ aut sectę sit, si fisco nostro locus pateat, aspirare: cùm ne illis q̃dẽ, quorũ actu atq̃ officio petitionũ p̃cedebat effectus, impunè liceat sanctionibus nostris aduersari. sed vir illustris quidẽ cuiuscũq̃ tẽporis quęstor [q], si oblatę petitioni subscripserit, vel etiam responsum dederit: virq̃ illustris comes rerũ priuatarũ, si vel instrui permiserit, vel petitionem siqua insinuatur [r], admiserit: indignationem nostri numinis [s] sustinebit, cæterisq̃ [t] fiet vindictæ & temeritatis exemplũ †. Memoriales [v] vero, qui excipienda huiusmodi rescripta, vel implenda curauerint, & palatinos qui instruxerint, vel gesta admissæ petitionis ediderint [x], bonorum proscriptione [y] puniri decernimus. Pari forma res etiam ciuiles [z] & ad ius publicum pertinentes, ab omni petitione minuẽdas esse censemus, scilicet nec pragmatica [a] iussione, vel sacra annotatione, vel quolibet oraculo diuino, seu mãdatis (siqua cõtra hanc sanctionem nostram fuerint impetrata) quippiam roboris habere valituris.

Maiorũ pœna minorum est terror.

TITVLVS XIII.

DE IIS, QVI SE DEFERVNT [b].

Grauatus, tacitè de restituendo non capaci, si se deferat, lucratur tertiam: uxor uero defuncti non capax se deferẽs lucratur dimidiam: &

† Concor. cle. j. circa fi. de offic. ord. & ij. q. vij. quapropter. ibi, vt transgressionis contro fiat inter dictio delinquendi.

Bonorũ possessio Iuris. Aliino bonorum fabio Iuris.

a Pragmatica. imo cõtra: vt. ŝ. de no. co. cõpo. l. j. §. iñ. sed ibi loqtur de ijs q̃ posita sunt in corpore iuris. Itẽ contra. ŝ. de leg. & cõst. l. iñ. Sol. sine alterius lęsiõe hic, vl̃ sine petitiõe: vt. ŝ. l. px. in fi. Itẽ quid si semel & bis, hoc est quod dicimus sc̃da iussio? Rñ. vt no. ŝ. si cõtra ius vl̃ vti. pu. l. fin. Itẽ no. q̃ licet bonorũ petitio p̃hibeat̃, quędã tm̃ p̃mittũtur, vt bo. pos. iuris: vt vnde liberi, & similes. Itẽ pos. bonorũ facti debitoris cessantis: vt. ff. q̃b. ex cau. in poss. eo. l. iñ. Itẽ bonorũ aditio facti et iuris: vt insti. de eo cui li. cau. bon. addi. Itẽ bona hęredis nõ parẽtis. i. nõ obedictis, vt. ŝ. de fid. auth. hoc ãplius. Itẽ bona captiui & furiosi: vt. C. de epis. aud. auth. liberi. & de epis. & cle. auth. si captiui. Itẽ ius iniquũ põt peti, licet noceat petenti: vt. ff. q̃d quisq̃ iuris. l. j. Acc.

b DE IIS, QVI SE DEFERVNT.
Supra de delatoribus dixit q̃n alius defert aliũ: hic q̃n seip̃m. A.

Is cuius

o Cuiuscũq̃ sit. scilicet defunctus, vel ille cuius bona fuerũt fisco deuoluta: vt forte quia hæreticus: vt. ŝ. de hæret. l. manicheos. l. cognouimus.

p Ad petitionem. aspirare, quod est. j.

q Quæstor. nec em̃ aliter valet rescriptũ, nisi à quæstore subscriptũ: vt in auth. vt diu. iuſ. §. j. col. viij. et dic, ille qui circa latus prĩcipis erat. Alij erant q̃stor. q̃d dic vt ff. de off. quæst. l. j. Et not. hic de illustrib. quibusdam.

r Insinuatur. i. ostẽ datur principi p̃ eũ.

s Numinis. alias numinis, & alias noĩs.

t Cæterisq̃. s. minoribus. & sic not. puniri maiores vt terreantur minores. sic quod not. ŝ. tit. l. fin.

v Memoriales. i. scriptores, seu exceptores, vt subĵcit, & ff. loca. l. sed addes. §. fi. q̃a reducũt ad memoriã p̃ scripturã: vt ff. de pig. l. cõtrahit̃.

x Ediderint. i. in publicũ produxerint.

y Proscriptiõe. hoc corrigitur in auth. vt nulli iud. §. fi. coll. ix. Itẽ ad hoc. j. de colla. do. l. j. §. fi. &. j. de meta. l. pen.

z Res ciuiles. vt annonæ ciuiles. s. annui redditus ex public. ad q̃d. ŝ. de sacr. san. ecle. l. priuilegia. Et not. ar. à simili q̃ nec p̃benda debet peti. Vel dic. dabit̃ publico: & sic nõ potest ĩpetrari remissio. ad quod. j. de an. & tri. l. in fraudem.

---

k Stirpitus. i. in totum, vt non remaneat aliqua radix. Acc.

l Et si intestatus. incipit versus.

m Quædamve. accipe. scilicet fati munus &c.

n Marito. vel alio qui fisco præferetur: vt. ŝ. titu. iñ. l. j. &. l vacantia.

a IS cuius.s.institutus hæres legitimus: vel qui rogatus est, vt non capaci det'secūdū Bul. alias Pla. & dic cuius.s. fidei hæreditas est cōmissa restituenda vxori non capaci. & expone tacite vt not.ś.ti.ɳ.l.j.

b Statim. ad id quod dicitur statim.i. continuo, concor.ff.eo.s.de iu.fisc. l.edicto.j. respon. Sed contra in ea.l.ſ. cum autē. vbi dicitur expectādum illū, cui relictū est, vt ille primo deferat si vult. Solu. secundum quosdā hæc illā corrigit. Vel hic fuerat in mora deferēdi ille cui erat relictum. Vel dic statim post tabulas apertas: ante enim est alius expectandus: vt ibi. Accur.

c Tuæ. loquit' procuratori Cæsaris: vt ex subscriptione legis apparet, quæ dicit rationali mitti.

d Tertiam. imo vidē medietas dodrantis: vt.ff. de iure fisc.l. cū tacitū. Solu. ibi de illo cui erat restituendum: hic de rogato. magis est cōtra.ff.eo. l.senatus. ſ. senatus. vbi etiam hæredi dat dimidiā. Sol. secūdū P. ibi per Adrianum: hic per Cōstātinum, qui corrigit. vel hic capax heres: ibi non capax.

e Abvxore. s. non capace, cui nō erat restitutio facienda.

f Hæredē. s. fideicō missariam q̄ effectu hæres est: vt.ff. quod cum eo. l.si filio. Alij vt P. dicunt q̄ fuit cū alio instituta, & alius rogatus suam partē mulieri nō capaci restituere: & hoc si habeas in litera. ipsa etiā quā &c. alias est, ipsa etiam persona quam defunctus: & tūc dic, quòd si vxor detulit si. i. quamuis institutus probet: tamē tali præmio mancipetur vxor prędicta primo deferens.

facta diuisione habebit optionem. occultantes uerò legitimè puniuntur. Barto.

Impera. Constantinus A. Maximo. I.

IS, cuius[a] tacitè fideicommissa fuerit hæreditas: statim[b] officio grauitatis tuæ[c] nuntiet, & gesta prodat, & continuò quod actum fuerit, renuntiet: & post hanc fidem, tertiā[d] ex omnibus defuncti bonis percipiat portionem. Quòd si ab vxore[e] defuncti istud ad officium deuotionis tuę fuerit reuelatū: ipsa etiam persona, quam defunctus esse voluit hæredē[f] si gesta apparuerint, tali præmio mancipetur, vt ex omni patrimonio[g] medium cōsequatur, & cū fisco nostro celebret diuisionem: id etiā habitura priuilegiū, vt prior eligat[h] optionem: & tūc occultator[i] ille gestorum, fisci & mulieris pariter inimicus, exutus omni patrimonio suo, à fisco vendicato, in insulam deportetur.

TITVLVS XIIII.

SI LIBERALITATIS IMPERIALIS socius sine hærede decesserit.

Inter socios liberalitatis imperialis factæ etiam inter uiuos est locus iuri accrescendi, etiā post dominum utriusque quæsitum. Barto.

Impera. Constantinus A. ad Mygdonium. I.

VBemus, vt si qs fortè ex ijs, quibus communiter

g Ex omni patrimonio. contra.ff. de iure fisc.l. cum tacitū, vbi media dodrātis. Solu. speciale in vxore nō capace, vt hic: licet quidā dicant illā corrigi. Item contra.ś. proxi. respon. Sol. refert, rogatus capax se deferat: & tunc obtinet prin. aut rogatus non capax: & tunc dimidiam: vt.ff. de iu.fisc.l. senatus. ſ. senatus. an vero ille, cui est relictum, qui non est capax: & tunc differt vxor ab alio: vt hic. si autem alius extraneus nec rogatus nec alius cui est restituendum, tunc forte tertia: vt not.ff. de iu.fi.l. edicto. ſ. extat. & facit ea.l. in prin. ſ. j. &. ɳ.

h Eligat. sic. j. de meta.l. ɳ. Arg. cōtra. j. quando & qui. quarta pars debe. l. ɳ. circa prin.

i Occultator. scilicet hæres qui non deferebat, quod intelligē, si celabat studiosē, nō si differebat deferre: quia nec festinare debebat: vt.ff. de iure fisc.l. edicto. ſ. cum autem. sed P. dicit occultator, id est, officialis: quod non placet.

SI LIBERALITATIS IMPERIALIS &c.

k IVbemus. Donatum sit. nullo petente: vt.ś. titu. j.l.j. in fi.

l Hærede. i. nullo liberorū: vt.ff. ad Treb. l. ex facto. ſ. fi. & sic præfertur socius vxori & alijs præter liberos: & pro hoc quod subijcit ad personā aliā. Vel dic hæredē large dici: vt est ś. de bo. vac. l.j. & secundū hoc quod dicit personā, dices extraneā vel fiscū. illud cōstat, q̄ testamentarius hunc sociū præcedit: vt. ś. de hære. dec. l.j. & ff. de acquiren. rer. dom. l. si is. ſ. pen. & sic nec vir. Et not. quod hic dicitur in socio liberalitatis imperialis. idē in bonorum possess. consortibus. Item in hęredibus iuris ciuilis. Item legatarijs vt. ś. quādo nō pe. par. & de cad. tollen. ſ. his ita. &. ſ. vbi autem. & insti. de lega. ſ. si eadem. Item pluribus patronis: vt ff. de bo. liber. l. communi liberto. & de assig. libe. l. vtrū. Item in pluribus eiusdem corporis: vt. ś. de hæred. decurio. per totum. Accur.

à nobis aliquid donatum sit[k], nullo hærede[l] relicto decesserit: ad consortem potius solatium, quàm ad personam aliā pars decedētis perueniat. D. xij. calen. April. Antiochiæ Constātino A. iiij. & Licinio iiij. Cons.

TITVLVS XV.

DE THESAVRIS[m].

Quærere thesaurum in proprio omnibus licet: in alieno uerò suo nomine, nullo modo licet: & si thesaurus inuentus fuerit à fortuna, inter inuentorem & dominum diuiditur. Barto.

Imp. Leo. A. Erythrio præf. præt. I.

NEmo[n] in posterum super requirendo in suo vel alieno loco thesauro, vel super inuento ab alio, vel à se, effusis precibus, pietatis nostræ benignas aures audeat molestare. Nam in suis[o] quidem locis vnicuique, dummodo sine sceleratis ac puniendis sacrificijs[p], aut alia qualibet arte[q] legibus odiosa, thesaurum[r] (id est, condita ab ignotis dominis tempore vetustiori mobilia) quærere, & inuento vti, liberam tribuimus facultatem: ne vlterius Dei beneficium inuidiosa calumnia persequatur: vt superfluum sit † hoc precibus postulare, quod iam lege[s] permissum est: & imperatoriæ maiestatis videatur præue-

m DE THESAURIS.

Quia de thesauris dātur tributa, de quibus. ſ. tributis est dicturus: ideo de his prę mittit secūdū P. Vel quia inter cætera iura fiscalia, de quibus competit dicere, ius fisci quandoq; est in thesauris: ideo de eo dicit.

n NEmo. permistim incipit, quā do in suo vel alieno quis inuenerit: sed postea diuidit.

o Nam in suis. appellatione sui accipe, siue sit dominus directo vèl vtiliter, vt feudatarius, emphyteuta, & similes: licet inutiliter dominus P. dixerit cōtra. nō ergo creditor, non fructuarius dicuntur domini: vt.ff. de acquirēdo rerum domi. l. si is. ſ. pe. & fi. nec vir: vt.ff. sol. mat. l. diuortio. ſ. si fundum. Item idem qđ in suo est si quis in sacro vel religioso casu fortuito: vt instit. de rer. diui. ſ. thesauros. Sed in his contra.ff. de iu.fisc. l. iij. ſ. si in locis. Solu. vt ibi.

† Concor. c. nuper abbates. iúcta glo. super verbo, cōponendū. ante fi. extra de decimis.

p Sacrificijs. ad quos. ś. de paga, & sarra. per totum.

q Arte. puta magica. ad quos. ś. de mathe. per totum: quo casu totum fisci erit: cum hic sit indignus. ad quod. ff. de iu. fisc. l. j. circa principium. Accur.

r Thesaurum. s. quærere: quod est. j. & quod inferit: est definitio thesauri: vt.ff. de acquir. re. do. l. nunquā. ſ. thesaurus. sic & propriè & improprie quandoq;: vt.ff. ad exhi. l. thesaurus.

s Lege. s. ista. & not sic. ś. de epi. aud. l. iij. in prin. & arb. tu. l. cum interdictæ. &. ff. de con. instit. l. quæ sub conditione. ſ. fin. & de mi. l. in causæ. in prin. & ad mu. l.j. in fi. & de le.j. l. siquādo, in prin. & vt leg. no. ca. l.j. ſ. rescripto.

Liberalitas

a Liberalitas. si habes liberalitas: plana est. si vero habeas liberalitatibus, tūc habeas imperatoria magnanimitate. & dic vt deaf prẽuenire cõcessio. & dictio postulãda, est pluralis numeri: & liberalitatibus est ablatiui casus. Itẽ si habeas in genitiuo magnanimitatis seu maiestatis Imperatoriæ, tunc subaudi. scili cet cõcessio: vt. ꝭ. Ter tiꝭ habent imperatoria maiestas, & liberalitatibus.

b Volẽtibus. No. dñi volũtatẽ nil facere, vt alius suo noĩe quærat ad qđ insti. q. alie. licet ĩ princ. & .ff. de vsufruct. l. sed & si qd. in fi. & ad. l. Cor. de fic. l. lege Corn. §. fi. contrariũ in lapidicinis: vt. ff. cõmunia præ. l. venditor. §. j.

c Huius. legis, quæ dicit. s. domino volẽte vel inuito.

d Legis. s. huius: de quo etiã extraordinarie potest accusari. ad quod. ff. de pœ. l. sanctio. de cri. stel. l. iiꝭ.

Inneniſſe qs dicatur.

e Inuenerit. inuenisse dicit, q videt vel percipit, & animũ habẽdi habuit. ad qđ. ff. de acquir. pos. l. iiꝭ. §. Neratius. Accur.

† Concor. c. non remittitur peccatum de reg. iur. li. v.

f Alienis. ad quod ꝭ. finium regun. si cõstiterit.

g Partiatur. idẽ si in loco Cęsaris vl̃ publico ciuitatis. nã dimidia inuentori, alia ciuitati vel fisco: vt instit. de re. di. §. thesauros. Itẽ cõtra. j. de metal. l. cũcti. Sol. vt ibi. Item qua actione dñs consequit dominiũ? Rñ. condi. ex hac l. vel rei ven.

h DE ANNONIS.

De alio iure fisci dicit. & dic de anno. & tri. i. de tributo quod præstaf pro annona militũ & equorũ. vel annona in speciebus, tributa in pecuniꝭ. tu dic annona in speciebus, tributũ in auro & argento & ære. & dicit tributũ quicquid tribuitur: sed specialiter qđ principi datur. Et est sciendũ, ꝙ tributũ aliud capitis: vt. ff. de cen. l. fi. aliud agrorũ: vt. j. eo. l. j. & vtrũq; Italicis & quibusdã aliꝭ remittit: vt. ff. de censi. l. j. & l. fi. &. ꝭ. de epis. & cle. l. de his. nec ob. ꝭ. sine cen. vel re. l. fi. & ibi not. nec qđ dicit instit. de re. diui. §. per traditionẽ. vt ibidẽ dixi. Itẽ not. ꝙ scđm P. tributũ capitis est ꝑ mare integer aureus, pro fœmina medius: vt ar. ff. de censi. l. fi. &. j. eo. l. fi. sed P. dicit quodã medio temperandũ. & pro eo. j. de agr. & censi. l. cũ antea. lib. xj. nomine prædiꝭ præstaf quãtitas frumenti, quæ dicit quinquagesima hordei: quadragesima vini: & lardi vigesima in partibus nõ remotis: vt. j. de suf. l. modios. pro singulis libris libris. v. præstanf aurei: vt. j. de argen. pretio quod the. infer. l. j. secundũ Pla. sed certe aliud qđ dicit. l. illa ad instar argenti, & in auro & in aliꝭ pecuniꝭ fiat cõputatio. Itẽ differt hic tit. ab illo. ꝭ. de annonis & capita. & c. quia ibi de iꝭ, quæ pro salariꝭ dabantur officialibus: hic fisco. Item ab inferiori proxi. vt ibi not.

Tributũ & annona in q bus cõsistũt.

i AEs quidẽ. Ex qua. i. ex quibus. sic. ꝭ. de in ius voc. l. iꝭ. alias ꝑ portione: & tũc ponit proprie pro qua.

k Oportet. vt. ꝭ. de hæreditariꝭ ac. l. iꝭ. sed fallit in viꝭ. casibus: vt ibi not.

l Annonas. etiã prẽteritas: vt. ff. de pu. l. imperatores. &. j. de præ. naui. l. iꝭ. &. iiꝭ. & de anno. i. tributa pro annona: vt in titu.

Item hoc casu nõ opponit cõpensatio: vt. ff. de iur. fis. l. auferf. §. qui cõpensationem. Sed quid si nõ est soluẽdo? Rñ. tenentur cohæredes ex persona defuncti quasi auctores. Arg. ꝭ. sine censi. vel re. l. iꝭ. & auth. ibi posita. & facit in authẽ. de man. princ. §. non permittas. &. ꝭ. sine cen. vel re. l. omnes. Accur.

TITVLVS XVI.

DE ANNONIS[h] ET TRIBVTIS.

Onus æris alieni est personale: & ideo inter hæredes diuiditur pro hæreditarijs portionibus. Onus annonæ & tributorium est reale: & prout quis possidet, & fructus percipit, oneratur. Bart.

Impp. Valeria. & Gallien. AA. Alieno. I.

AEs quidem alienum pro portione, ex qua[i] quisque defuncto hęres extiterit, præstare oportet[k]: annonas[l] autem is soluere debet, qui possessiones tenet, & fructus[m] percipit.

Ad onera realia non tenetur qui in plus, quã de re possideat. Bart.

Impp. Diocle. & Maximi. AA. & CC. Herennio. II.

INdictiones[n] non personis, sed rebus indici solent: & ideo ne vltra modum[o] earundem possessionum, quas possides[p], cõueniaris, prẽses prouinciæ prospiciet.

Omnes debent soluere quod princeps imponit: & officiales non possunt augere uel diminuere. Bart.

Imp. Constantinus A. Albino. III.

OMnes[q] pensitare debebunt, quæ manus[r] nostrę delegationibus adscribũtur, nihil amplius exigendi[s] vel remittendi potestatẽ esse. Nam si quis vicarius[t] aut rector prouinciæ aliquid iam cuiquam crediderit remittendum: quod aliꝭ remiserit, de propriꝭ dare facultatibus cõpelletur[v].

Omnes coguntur soluere publicas functiones: cum non sit munus extraordinarium: & ab eo nemo excusatur. Bart.

Imperat. Constantinus A. ad Taurum præfec. præto. IIII.

OMnes omnino[x] ad oblationem functionum publicarũ oportet vrgeri. Lege

m Fructus. non aũt illi qui pẽsiones recipiunt, nisi sit cõsuetudo regionis: vt. j. de agri. & cẽs. l. litibus. §. hæc de redditibus. &. ff. de admi. tuto. l. si sine hærede. §. Lucius. Al. & argu. ꝭ. de vsuf. l. si pẽdẽtes. §. j. Itẽ facit. j. l. pxi. &. ff. de impẽ. in rebus do. fa. l. neq; stipendium. &. j. de col. fundo. patri. l. omnes.

Munus patrimonij duplex.

n INdictiones. id est, munera patrimoniorũ quę possessionibus indicuntur. est eñ duplex patrimoniꝭ munus: vnũ in rebus: vt hic, qđ soluunt etiã nõ municipes. Itẽ etiã q fœnus exercẽt: & præstabĩ scđm modũ notatũ in tit. Est aliud quod personæ ꝑ patrimonio indicit: & tũc tm̃ municipes: vt. ff. de mune. & ho. l. rescrip. §. fi. & l. fi. §. patrimoniorũ. & tunc nõ præstabĩ scđm formã dictã in tit. sed prout in dicitur per singula lustra: vt no. j. proxi. ti. Itẽ not. ꝙ quædã leges huius tit. de vno, aliæ de alio: & alię de vtroq; dicũt. & facit j. de mu. pa. l. iꝭ. & qđ no. j. de mu. & ho. in titu. &. ff. de neg. ge. l. qui aliena. §. fina. & secundũ quod hic ponitur, est hodie ordinariũ: vt. j. tit. l. j. Itẽ facit. j. de immu. nemi. conce. l. fina.

o Ne vltra modũ. i. pro eo ꝙ nõ possides: vt. j. de immu. nemi. cõ. l. j. &. iꝭ. & in aut. de man. prin. §. non permittas. col. iiꝭ.

p Possides. ꝑ quãtitate fructuũ tm̃: vt no. i tí. & fa. ꝭ. de al. l. iꝭ.

q OMnes. scilicet homines.

r OManus. duntaxat: vt. j. tit. iꝭ. l. j. & dicit delegare qñ per suũ notariũ vel nuntiũ suũ scribit prẽsidi, vt exigat: & qñq; præmittit epistolã de indictione futura: vt. j. de excu. mu. l. placet. & reddit in quadruplum: vt. j. de excu. mu. l. placet. & dic delegationibus, id est, præceptis.

s Exigendi. alias restituendi vel remittendi potestatem esse. & sic bene sequitur: nam &c. sed secũdum eliã refert se ad principium, & reddit in quadruplum: vt. j. de excu. mu. l. placet.

Tributa exigere ad quos pertinet.

t Vicarius. puta Palatinus vel alius vice principis vel rector prouinciæ: ad cuius officium pertinet tributa exigere: vt. j. de ca. lar. l. iꝭ. &. j. de exa. tri. l. in fiscalibus.

v Cõpelletur. dic ĩ subsidiũ reseruari eũ, cui est remissũ: vt. j. de cõue. fi. de. l. iꝭ. in fi. scđm quosdã. & sic nõ valet remissio oino: vt. ꝭ. de trãs. l. pses. q̃ est cõtra. paupi tñ põt remitti, cũ pater debeat agere: vt auth. vt iu. sine quo. suff. §. eos. colla. iꝭ. & facit ff. de pac. l. impatores. & de pu. l. fi. §. fi. et de decr. ab or. fa. l. iiꝭ.

x OMnes omnino. scilicet prouinciales: vt in fi. huius. l. & not. ꝭ. sine censu vel re. l. fi. & facit. j. de cen. l. iiꝭ. et de col. fun. pa. l. omnes. &. j. de immu. ne. con. l. j. adeo vt nec veterani excusentur: vt. ff. de pri. ve. l. pe.

ibi pauperi tñ. vi. bart. Lege additionatorem Nostra

enim nostra [a] signatum est, nec esse extraordinaria, nec vocari [b], quæ solenniter à prouincialibus deuotissimis conferenda sunt,

Qui plus fructus colligit, plus soluit. qui minus, minus. Bart.

Impp. Valent. & Valens AA. ad Probum præfect. præt. V.

PRo locis [c] ac proximitate possessionum [d], annonā [e] ad limites [f] transuehi præcipimus.

Rescriptum, in quo immunitas cōceditur muneribus ordinarijs, non ualet. Bart.

Imppp. Grat. Valēt. & Theo. AAA. Arintheo. VI.

IN fraudē annonariæ [g] rei ac deuotionis [h] publicæ elicitū damnabili subreptione rescriptum, manifestum est iure nō posse vires sortiri [i]. circa oēs igitur par [k] atq; æqualis illationis forma teneat.

Ad operandum uel portandum non debet quis longius mitti: sed debet ratio itineris adhiberi. Barto.

Imppp. Valentin. Theod. & Arcad. AAA. VII.

NEmo possessorum [l] ad instruēdas mãsiones [m], vel conferendas species, longius [n] delegetur: sed omnes itineris ac necessitatis habita ratione delegentur.

Non est faciendum id, in quo plus expenditur, quàm de commodo percipitur. Bart.

Imppp. Theo. Arca. & Hono. AAA. Probino præt. præf. VIII.

MEditerraneæ ciuitates [o] ante à maritimis, & maritimæ à mediterraneis onerabantur expensis [p]: vt plus haberet dispēdij translatio, quã deuotionis [q] illatio. Hoc non solūm in præsens, verumetiã in posterum prohibemus, ea lege vt se vltimo nouerint supplicio puniendos, qui ista commiserint.

Si utiliter dominus intra tempus hic statutum non soluerit tributa: dominio priuatur, & ad habentem directum dominium reuertitur. Bar.

Impp. Arcad. & Honor. AA. Cæsario. IX.

OBsistere [r] cōmodis [s] publicis & statutis necessitatibus nō possunt priuilegia dignitatum [t]. Vnde vt quisq; de prædijs emolumentū consequitur, si non is euoluto anni [v] spatio, intra sex menses [x] omnem cui esse cōstrictus dicitur, reliquorū intulerit cumulum: ad ipsos qui sunt domini prędij, exactionem [y] volumus pertinere.

Iudicibus negligentibus totum salarium aufertur. Bartol.

Iidem AA. Eutichiano præf. præt. X.

IVdices [z], quos circa profliganda [a] ærarij nostri cōpendia [b] negligentes ac si desides fuisse constiterit, omnia, quæ in administratione positi perceperunt emolumenta [c], reddere compellantur [d].

Impp. Theodos. & Valēt. AA. Isidoro præf. præto. Illyrici. XI.

ID ab vnaquaq; ꝓuincia [f] censemus expetendū, quod ab ijsdem nuper esse promissum [g] tua sublimitas indicauit. Nullus verò decætero ad possessiones earum [h] (quod maximè formidãt) inspector accedat. Macedonum reliqui [i] exemplum secuti, mediæ...

a Nostra. quam non habemus.

b Nec vocari. alias vocari: & facit. j. ti. j. l. j. alias vacare. q. d. nec extraordinaria cōferūt, nec ordinaria remittūt vt. s. l. pxi.

c PRo locis. id est, pro magnitudine locorum.

d Possessionum. quæ sunt proprie limina, ex quibus tributa penduntur.

e Annonam. in singulis locis & speciebus cōstitutã: vt. j. de susl. l. modios. Acc.

f Ad limites. vbi de militibus in castris cōstitutis profligabatur, vel ad tempus reponebatur: vt hic, & j. de ero. mi. an. l. iiij. & j. de cano. lar. l. j. et j. de fundis limi. l. j. & facit. j. eo. l. nemo.

g IN fraudem annonariæ. i. tributi ad annonã, vt dixi in titu. Accur.

h Deuotionis. id est, dicti tributi deuote soluendi.

i Sortiri. nisi sit pscriptum quadraginta annis: vt. j. de fun. pa. l. fin. lib. xj.

k Par. i. neminē excusando: vt. s. eod. l. omnes. pro modo tñ possessionū. vt. s. eo. l. indictiones. & facit s. de vect. l. quicquid. et si cōtra ius vel vtil. publi. l. fi. & j. de naui. non excu. l. ij. & j. de cano. fru. vrb. ro. l. ij. & de aqua duc. l. diligenter. Accur.

l NEmo possessorū. prædiorū propter quæ tenetur ad infra scripta.

m Mansiones. publicas, in quibus forte annona erat imponenda. vel alias publicas.

n Longius. quia ille de vna ꝓuincia nō debēt deferre ad aliã. & facit. s. eo. l. pro locis. & j. de priui. do. aug. l. ij. & j. l. proxi. Accur.

o MEditerraneę ciuitates. id est, homines earum.

p Expensis. i. inuicē aliæ ꝓ alijs tributa soluebant, & sic longius portabãt: quod hic remouet. ad quod s. eo. l. pro locis. & facit. j. de priuil. do. au. l. ij. & s. l. proxi. & in auth. de col. §. nullius autē. & j. de meta. l. iiij. Item videtur cōtra ꝙ dicitur, Alter alterius onera portate: sic adimplebiť. &c. sed hic non releuatur, imo grauatur alter.

q Deuotionis. id est, tributi deuote soluendi.

r OBsistere. pone secundū R. in emphyteuta & fructuario, qui publicas debent soluere functiones: vt. s. de iu. emp. l. ij. & ff. de vsufr. l. hactenus. qui si nō soluãt intra tempora huius legis, dominus exigit hunc, id est, vendicat prædiū non obstãte aliqua dignitate. Vel secundū M. pone in exactore tributorū, qui nisi inferat fisco intra tēpora huius legis, dñs prædij q soluit repetit: vt in fine huius. l. & nihilominus tenebiť fisco exactor & exactus i subsidiū: vt. j. de eroga. mili. an. l. v. & s. de conue. fi. de. l. fisco. Vel verius nisi emphyteuta vel similes soluant intra tēpora huius legis, pertinet exactio ad dominū. qa dñs exigit dicta tributa vt fisco soluat: vt differat à primo, in quo primo reuocat fundū ab emphyteuta, & ipse dñs soluet.

s Commodis. id est, tributis, quæ fisco agenti & necessitate habenti soluuntur, vt subijcit.

t Dignitatum. sic. ff. de mu. & ho. l. fi. §. ab huiusmodi. & de va. mu. l. sunt munera. & s. e. l. in fraudē.

v Anni. intra quē debet solui exactori: vt. j. tit. iij. l. missi.

x Sex mēses. Not. purgatur mora commissa intra sex mēses: quod est verum quo ad dominū: sed quo ad fiscū. xxx. dies statuuntur: vt. j. de ero. mili. anno. l. v.

Mora tempore purgatur.

y Exactionē. i. vēdicationē prædij secundū primū. Vel. i. repetitionē pecuniæ solutæ scdm aliū per cōditionē sine causa. Vel dic, qa dñs exigit etiã ꝓ præterito tēpore: vt. ff. de pu. l. imperatores. ipse aūt dñs reuocatur ab emphyteuta: vt. s. de iur. emp. l. ij. vĕ à fructuario: vt. ff. de noxa. ac. l. si noxale. Vel dic recepta vltima positione, ꝙ dñs exigat qđ debuit emphyteuta soluere, cū ipse ꝓ eo tpe soluere teneať, et sic condi. ex hac. l.

z IVdices. i. pſides ꝓuinciæ, ad quos pertinet imponere & exigere: vt. j. titu. iij. l. in fiscalibus.

a Profliganda. id est, imponēda vel exigenda.

b Compendia. id est, lucra.

c Emolumenta. id est, salaria.

d Compellantur. hoc ꝑpter negligentiã. Sed si qd acceperint vt male agãt, tūc in quadruplū præter hoc: vt. s. de stat. & ima l. j. & j. de censi. & peræquato. l. peræquatores. Item facit ad negligentiam iudicis puniēdam. j. de susl. l. j. et de colla. fun. l. placuit. & s. de offi. præf. præt. ori. l. si quos. sic in tutore: vt. ff. de admi. tu. l. qui negotiationem. §. j. & §. pen.

Negligentia iudicis est puniēda.

e ID ab vnaquaq;. localis est hæc. l. scribit eñ Cōstantinus Isidoro præfecto Illyrici super tributis Græcorū, dicens, ꝙ multæ prouinciæ Græcorū promiserūt se soluturas medietatē eius, qđ ante soluere solebãt, vel medietatē aurei. qđ dicto præfecto visum fuit sufficiens. vnde non sunt in plus exigendi.

f Prouincia Græcorum. scilicet de illis qui promiserunt.

g Promissum. quod fuit medietas: vt subijcit.

h Eorum. Macedonij. s. Græcorū. alias earū. s. prouinciarū. s. de illis qui promiserūt. dic ergo nō mitti inspectorē pro superindicto aliquo imponendo. talis enim inspectio fiebat, quãdo propter fertilitatem aliquod superindictū erat imponendum: nam tunc plus exigebatur tributorum gratia.

i Reliqui. s. Græci qui nō promiserūt aliquid, sequatur exēplum Macedonū. i. Græcorū illorū scilicet quę ꝓmiserūt. Acc.

Tributa

quãtitatis, vt obtuliſſe noſcũtur, tributa[a] ſuſcipiãt. Sed & ij[b], qui proteſtati ſunt nihil à ſe vltra tertiã partẽ poſſe conferri, illud exoluãt, ad quod ſe indubitanter fore idoneos[c] pollicentur. Quæ diſpoſitio in perpetuũ obſeruabitur, ſacroſancta[d] Theſſalonicẽſis ciuitatis eccleſia excepta: ita tamen, vt apertè ſciat propriæ tantũmodo capitationis modum beneficio mei numinis ſublcuandum: nec externorũ grauamine tributorum rempublicam eccleſiaſtici nominis abuſione lædendam.

a Tributa. ſ. ſoluenda, vel. i. onus tributorũ. & dic medietatẽ aurei. vnde aſſumit hic Py. ar. q̃ medius aureus eſt tributũ Cæſaris. ſed hoc in Græcis. in alijs ſerua qd̃ not. in titu. ſ. q̃ aureus integer. qd̃ & hic colligitur. nam ſi iſti dimidiã, colligitur, q̃ illi totũ aureũ. & ſecundũ hoc nõ eſt cõtra. j. de ſuſce. l. modios. & facit. j. de col. fun. pa. l. ij. Vel dic hic medietatẽ ſ. eius, quod antea præſtabant.

b Sed & ij. ſ. Macedones qdã ſpeciales.

c Idoneos. ſic. ff. de mu. & ho. l. iij. §. p̃ſes. & in authẽ. de æqua. do. §. qa vero in fi. & caue: quia R. hanc nõ intelligit in tributis ordinarijs: ſed qñ imminentibus neceſsitatibus publicis aliqd̃ extraordinariũ prouincijs imponitur, & probat hoc: quia fundi patrimoniales nõ præſtabãt has tertias & medias: vt. j. de colla. fun. pa. l. j. & ij. ſed tributa ordinaria ſic: vt. j. titu j. l. j. & j. tit. ij. l. fina.

d Sacroſancta. ſ. de ſacr. ſanct. eccle. l. ſacroſancta.

† Ad huius tituli plenam cognitionem vide Budę. in Anno ad Pã. & quę hic tradit Iac. Reb.

TITVLVS XVII.

DE † INDICTIONIBVS[e].

Indictio munus ordinarium eſt: & ideo ab hac indictione non excuſantur, qui à muneribus excuſationem habent. Bart.

Impp. Hono. & Theodo. AA. Anthemio præfect. præto.

e DE INDICTIONIBVS.

Dixit de publici munere patrimonij: vt nota. ſ. tit. j. l. indictiones. nũc proſequitur de altero. ſ. quod perſonis p patrimonio imponitur. & qa hoc indicebaf prouincijs, per ſingula luſtra: auri primo, argẽti ſecũdo, & æris tertio luſtro: vt in authent. de de col. in prin. & j. de luſtra. au. col. in titulo. ideo de indictione dicitur & vocaf hoc tributum ſuperindictum: vt. j. l. j. quia vltra ordinariũ canonẽ, qui rebus imponitur, præſtatur per ſingula luſtra. & ſecundum hoc dicas ſ. tit. j. l. omnes omnino. eſſe poſt iſtũ. Vel ibi de eo, quod rebus imponitur, dicit, cum nouum hoc inducere velit. Alij dicunt ſuperindictũ, quod vltra hæc omnia præſtatur vel propter fertilitatem, vel propter publicã neceſsitatem: q̃ & ipſum ordinariũ erit: vt. j. l. j. ſed aliud quod perſonis pro patrimonio erat canonicum etiam ante hanc. l. vt. ſ. titu. j. l. omnes omnino. Et not. quod Romani ante natiuitatem Chriſti computabant annos ab indictione: Hebræi à diluuio: Græci à ludo Herculeo, qui fiebat per ſingula quadriennia in monte Olimpo, ſed hodie omnes Chriſtiani ab annis dominicæ incarnationis, & imperatoris: vt in authen. vt præp. no. impe. in prin. Accur.

Superindictum qd ſit.

Annorũ domini computatio.

f Omnes. Poſsidentes. accipe. j. cogantur inferre qd̃ dele. &c.

g Delegatio. id eſt, præceptum factum per delegationem à principe tantum: vt. j. de excu. mu. l. placet. & l. priuati. & ſ. tit. j. l. iij.

h Superindicti. alias ſuperindicti, & tunc expone vt in titu. alias ſuperindictione. & alias ſunt duæ partes ſuperindicti, id eſt, ſuper nomen indicti: vt. j. de pri. do. aug. l. ij. & fi. Accur.

i Canones. i. ordinaria tributa. nam canon. i. regula. inde exactores dicunt canonicarij: vt in auth. de col. §. & in hoc. col. ix.

k Potius. electiue. Accurſius.

l Poſtuletur. hoc autem q̃ ſit canonicum, prodeſt: quia nullus ſe excuſat: vt ſubijcit, &. j. tit. ij. l. fi. &. j. de pri. do. au. lib. ij. & fi. ſecus ſi eſſet extraordinariũ: vt. j. de colla. fun. pa. l. j. &. ij.

m Sacri patrimonij. ſi dicas pro eccleſia, contra. ſ. de ſacr. ſanct. eccleſ. l. placet. Sed ſolu. vt. j. tit. ij. l. fin. not. Item ſi dicas pro domo noſtra qd̃ eſt verius, tunc eſt cõtra. j. de pri. do. aug. l. j. ſed dices de ſuperindicto, quod eſt extraordi. ibi loqui. & eodem modo reſpõ. j. de excuſ. mune. l. euidenter.

n Sed ipſis. ſcilicet nobis. Accur.

o Articulari. cõſtrue. tua & ſubaudi faciat imputari, id eſt, inferri modum collationis ſolitæ deuotionis, ſcilicet quãtum debet ſolui à deuotis collatoribus: modum dico proſp. à poſ. multo ante. hoc autem facias particulari & cæte. debet eñ in vna quaque indictione ſeu luſtro mitti præfecto cuiuſque diœceſeos, & per eos præſidibus Iulio vel Auguſto: & per præſides ciuitatibus ſingulis inter ſeptembrem & octobrem, vt poſsint deliberare facere ſeu celebrare ſolutionem, & nõ ſubditis damnum infligi: vt hic, & in authẽ. de col. in prin.

p Neceſsitas. quæ eſſet propter feſtinã exactionem. Vel dic. quia qui poſſet ſe tueri, alias non: propter breuitatem temporis poterit ſe excuſare: quę excuſatio coram præfecto aug. ſic: vt ſ. de offi. præfec. aug. l. prima.

q Licentia. quia infixerunt pœnam nõ ſoluentibus. Et not. ex hac. l. quod iacula præuiſa minus ferire ſolent. Accur.

r DE SVPERINDICTO.

Differt à ſuperiori proxi. titu. quia ibi propter fertilitatem vel aliam publicam vtilitatem vel neceſsitatem. hic quando aliqua prædia erant deſerta: vt in authen. de colla. §. ſi vero aliquando. Ab hoc excuſatur eccleſia: vt ſupra de ſacroſan. eccle. l. placet. & ſilentiarij: & in ſacris militantes: vt infra de ſilent. l. prima. & de præp. ſacr. ſcriptu. l. iij. & infra de excuſa. mu. l. maximarum. & de cano. ſacr. larg. l. ſi præceperit. Nos ſecundum P. dicimus ſuperindictum, quod propter fertilitatem indicitur vel neceſsitatem publicam extraordinarie: non per luſtra. ibi, per luſtra.

TITVLVS XVIII.

DE SVPERINDICTO[r].

Imppp. Gra. Valẽti. & Theo. AAA. ad procõſ. VV. & oẽs rectores. I.

NIhil ſuperindictorum nomine ad ſolas[s] præfecturæ literas quiſq̃ prouincialis exoluat, neq̃ vllius omnino indictionis titulus etiam ſolennis immineat: niſi cum noſtro cõfirmata iudicio, & imperialibus nexa[t] præceptis, ſedis ampliſsimæ, depoſcat indictio[v], & cogat exactio. Datum. xvij. calen. Iulij, Mediolani. Antonio & Syagrio Conſ.

s Nihil. Ad ſolas. id eſt, propter ſolas. Accur.

t Ampliſsimæ. id eſt, præfecti.

TEmperent vniuerſi, cuiuſcunq; ſint ſexus,dignitatis,artis,profeſsionis & generis, ab huiuſmodi ſpeciei [r] poſſeſsione,quæ ſoli principi eiuſq; domui dedicatur: nec pallia [s] tunicaſq; domi quis ſericas cõtexat,aut faciat. Quæ tincta cõchylio,nullius alterius ꝑmiſtiõe [t] cõtexta ſunt: ꝑferãtur ex ędibus [v] tradãturq;, [x] tunicæ aut pallia ex omni parte texturæ [y] cruore infecta conchylij [z]. Nulla ſtamina [a] ſubtexantur [b] tincta conchylio, nec eiuſdem infectionis [c] arguto [d] pectine ſolidanda fila decurrant [e]:reddẽda ærario holobera veſtimenta virilia protinus offerantur. Nec eſt vt quiſq; de abiurato [f] pretio conqueratur:quia ſufficit calcatę [g] legis impunitas. Nẽ quis [h] verò nũc hmõi ſuppreſsione in laqueos nouæ cõſtitutionis ĩcurrat:alioquí ad ſimilitudinem læſæ maieſtatis periculum ſuſtinebit.

Imp.Theod.& Valent.AA. V.

PVrpurę nũdinas [i],licet in numeris ſint cõſtitutionibus prohibitæ [k],recẽti quoq; interminatione vetamus: & ideo ſeptimum de ſcrinio exceptorum,ſextũ de ſcrinio canonum, quintum de ſcrinio tabulariorum † ad baphia [l]

g In lineis. quandoque enim quadratum ponitur in lineis vel quaſi linea.vel dic tunicis lineis: & laneis ſcilicet pannis.

h Paragaudas.expone vt.ſ.proxi.

i Miniſterium.id eſt beneficium.ſic.ff.de acqui. poſſ. l.quod meo in princi. Vel ideo quia his concedit,qui ſtant in ſuo miniſterio.vt magis ſint ornati.argu.ff.de pecu. l. id veſtimentum. Accur.

k VEllera. Adulterino.id eſt appoſito.

l Fucata.id eſt tincta.

m Muricis.piſcis,vt.ſ.titu.j.l.ſi quis.

n Rhodino.piſcis genus aliud à murice.

o Alio.ſcilicet purpureo vel rubeo quod ſolum imperatoribus competit:vt.j.proxi.non enim bene caperet colorem ſicut de albo.

p De albo.ſcilicet colore.

q Omnium. aliorum:id eſt in omnes colores:vt tamen de purpureo non liceat niſi deputatis ad hoc. de alijs liceat cuilibet vt.ſ.quæ res vẽ. non poſ.l.j.

r TEmperent. Speciei. non ergo emere vel alio titulo habere licet: vt ſ. quę res vend.non poſſ.l.j.&. ij. nec in ſtip.deduci:vt inſtit. de inuti.ſtip. ſ. j.

s Pallia. prohibuit poſsidere:nunc prohibet veſtimenta vel pamũ conficere priuatis.

t Permiſtione. ſed tota ſunt de ſerico.

v Aedibus.ſcilicet priuatorum.

x Tradanturq;. ſcilicet principibus vel comiti commerciorum.

y Texturæ. vtrunque ergo eſt eiuſdem coloris.

z Conchylij.ſcilicet ſunt ſubaudi. vel non ſubaudi. quia eſt.ſ.eo.& dic, quod vellus conchylij dicitur coccina purpurea, quæ nihil varij coloris continet: & non continetur purpuræ appel. vt.ff.de lega.iij. l.ſi cui lana. ſ.fi.& eſt varij coloris:vt eod.ti. l.quæſitum.ſ.coccum.

a Stamina. quid ſit,dic vt ff.de legat. iij.l.ſi cui lana.l.ſ.plane. Accur.

b Subtexantur. ab aliquo priuato. i. texuntur.

c Infectionis. quia adhuc non eſt filata.

d Arguto. i.acuto.

e Decurrant. per manus alicuius priuati vel in domo alicuius priuati.

f Abiurato pretio.id eſt dicere:pretium quod pro ea dederat priuatus,amittit: licet iuret ſe dediſſe:quia ſatis eſt,quod non punitur faciens illicitum commercium.

g Calcatæ.i.contemptæ.

h Ne quis.corrigit ſe,& dicit ne quis.i.nullus. Et no. hic impunitatem calcatæ legis. Accur.

i PVrpuræ nundinas.id eſt mercationes.

k Prohibitæ.vt.ſ.quæ res ven.non poſ.l.j.&.ij.&.ſ.tit.j.l.

l otas.&.ſ.l.proxi.in prin.

l Ad baphia.prouinciæ nomen: vt. ſ. qui æta. l. j. in qua fuit natus

† Alci. hic legit de ſcrinio veſtiarij ad baphias Phonices. Cui accedam, ſicit quod in exemplo Vecto. legitur Quintum de ſcrinio tabulariorũ, quitum de ſcrinio ad baphia &c. omiſſam taxar vocem veſtiarij pontes . Cęteri Alciatus videtur legere ſeptę, ſed &' ita deceps, pro quod hic eſt ſeptimum xtum &c. illum vi to.

fuit natus Vlpia. vt. ff. de cen. l. j. in prin.

a Eorum. qui contra hanc legem facerent: sic. ŝ. de offic co. sac. lar. l. j. in prin.

b Timentium. trium prædictorum, qui nisi bene faciant, perdent salariũ. & xx. lib. auri, vt subĵcit. alĵ dicunt in xx. li. puniri exercentes mercationes in prædictis. sed superior ponit pœnã maiestatis: vt in fin. superioris legis.

c DE FABRICENSIBVS,

Est tẽpus belli & pacis: vt insti. in prœ. pulchritudo vestiũ tẽpore pacis: vt. ŝ. tit. j. Pulchritudo armorũ tẽpore belli: vt hic. ergo sunt fabricenses q̃ publica arma faciunt & in publicis fabricis: & nõ alias: & dãt prĩ micerio, q̃ reponat ĩ publ. armamẽtis: vt ĩ auth. de arb. Et no. q̃p stricte dicĩ faber hic, alias pro omni ferri pcussore: vt. ff. ad. l. Rho. de ia. l. ĵ. §. j. alĩs etiã pro tignario: vt ff. de verb. signi. l. ferri. §. fi. sed in auth. c. dicuntur fabricensĩ et armificatores q̃ hic dicũtur fabricenses. Et no. quod priuato nõ licet facere, vẽdere, emere vel trãsferre arma: sed habẽt cultellos paruos: vt in anthen. e. & multo magis fustes & lapides, licet & hæc arma dicãtur: vt. ff. de verb. significa. l. armorũ.

Arma facere, vendere, & emere priuato licet.

d Mnibus. Præcipimus, quia aliud pro alio: vt. ff. de excu. mu. l. illud. &. ff. de leg. iĵ. l. xj. §. fi. & de auro & argen. lega. l. j. in fin.

e Venerabilis. alias venerabilis. alias bene nobilis. alias bene habilis.

f PRimiceriũ. officium cuius dic vt in titulo.

g Vacatione. aliorum personalĩ munerum. Vel dic etiam huiusmodi primicerĩ; nõ fabric. vt. ĵ. l. eo iure. Accur.

h Protectores. idemq̃ primicerius. & est alias protector &c. alias protectores &c.

i Aeternitatem. Duo improprie hic dicuntur: nã non est æternus: vt. ff. de ser. vr. p̃di. l. eũ. sic &. ĵ. ti. j. l. fin. Itẽ nec adorat nisi deus. sed ideo quia cũ reuerentia aditur: dicit ergo debere eũ visitare principem post ũgulum biennium, qui honorabit eũ.

Mirus est qui seruire, & adorare nolit.

k STigmata. instrumenta* erant, quibus felici nomine nostrę Pietatis impresso eorum brachia signabãtur sicut & tyrones: vt hic subĵcit. & aquarĩ: vt. ŝ. de aquæduc. l. pen. non autem in vultu: vt. ŝ. de pœ. l. si quis. Et dic quod de plurali trãsit ad singulare: & cũ dicit, hoc est nota &c. sic contra. ŝ. de in ius voc. l. fi.

l Liberis. si consenserint vel susceperint: alias non: arg. ŝ. de li. cau. l. fi. & de liber. & eo. libe. l. j. &. ĩ.

Phœnices per certũ tempus mitti præcipimus, vt omnis fraus eorum[a] prohibeatur solertia, timentium[b] ne quæsitis longo sudore stipẽdĵs careãt: etiam viginti librarum auri condemnatione proposita.

TITVLVS IX.

DE FABRICENSIBVS[c].

Pecunia pro specie solui non debet. Bar.

Imp. Constantinus. A. I.

Mnibus fabricis nõ pecunias, p̃ speciebus, sed ipsas species sine dilatiõe inferri præcipimus[d]: vt venerabilis[e], & quæ facilẽ deducatur ignibus, seu liquescat ferri materies præbeatur: quo' prõptius adempta fraudibus facultate, commodo publico cõsulatur.

Primicerius fabricensis per biennium habet uacationem à muneribus: et singulis biennijs ad salutandum principem admittitur ut protector. Bar.

Idem Augustus. II.

PRimicerium[f] fabricæ post bienniũ non solùm vacatiõe[g], verũ etiã honore donari præcipimus: ita, vt inter p̃tectores[h] eiusdẽ fabricę p̃ biẽniũ adoraturus ęternitatẽ[i] nostrã suo quisq̃ tẽpore dirigat.

Fabricensibus tyronibus stigmata brachijs in stiguntur: ad quæ signa cognoscuntur: & qui eos celauerint, cum eorum liberis fabricæ reddũtur. Bar.

Impp. Arca. & Honor. AA. III.

STigmata[k], hoc est nota publica, fabricensium brachijs ad imitationem tyronũ infligantur, vt hoc saltem modo possint latitãtes agnosci: ĩjs qui eos susceperint, vel eorũ liberis[l] sine dubio fabricæ vẽdicandis, & qui[m] surreptione quadam declinandi operis, ad publicæ cuiuslibet sacramenta militię transierint.

Impp. Honor. & Theod. AA. IIII.

SI quis[n] consortium fabricensium crediderit eligendũ in ea vrbe, ĩ qua natus est, vel in qua domicilium collocauit: his, quorum interest cõuocatis, prius acta conficiat: se seq̃ doceat non auo, non patre curiali progenitum: nihil ordini ciuitatis debere: nulli se ciui commanere obnoxium. atque ita demum gestis confectis, vel apud moderatorẽ p̃uinciæ vel si is absit, apud defensorem ciuitatis: ad militiã[o] quã optauerit, suscipiatur. q̃p si absq̃ hac cautione[p] quispiã ad fabricensiũ cõsortiũ obrepserit, sciat se ad ordinis[q] cui debetur patriæ q̃ suæ munera esse deducendum: ita, vt nulla eum, nec temporis, nec stipendiorum p̃rogatiua defendat.

Impp. Theod. & Valent. AA. V.

IVre prouisum est fabricenses artibus proprijs[r] inseruire: vt exhaustis[s] laboribus immorentur cum sobole professioni cui nati sunt. Denicq̃ qd' ab vno cõmittitur: id totius delinquit' periculo numeri: vt constricti nominationibus[t] suis sociorũ actibus quandam speculam gerant, & vnius dãnum[v] ad omnium transit dispendiũ. vniuersi itaq̃ veluti in corpore vnius formę, vnius decoctiõis[x], si ita res tulerit[y], respondere cogentur.

Fabricenses & eorum uxores & liberi durante officio, uel finito non possunt, nisi coram præfecto prætorio uel magistro officiorum conueniri. Bar.

Impp. Leo. & Anthemius. AA. VI.

EOs, qui inter fabricenses sacræ fabricæ sociati sunt, vel eorũ vxores[z], aut filios, qui itidem inter fabricẽses mi

m Et qui. sub. illis fabricẽsibus qui &c. & in fi. subau. vendicandis. ad quod. ŝ. de decur. l. fabricenses. & arg. ŝ. de murile. l. æternam. &. ĵ. de mã. & col. l. fi.

n SI quis. Hac lege dicitur, qualiter creatur fabricensis: superiore qualiter cõsecretur.

o Ad militiam. s. fabricensium.

p Cautione. i. cautela & solennitate.

q Ad ordinis. primi de quo refugerat. & facit. ĵ. de aquędu. l. diligenter. &. ŝ. de præscrip. xxx. ann. l. cõperit. &. ŝ. l. proxi. &. ĵ. de fu. colo. l. j. & ŝ. de dec. l. omnesqui. &. l. omnes curiales. & de metal. l. fi.

r IVre. Proprijs, scilicet fabricis.

s Exhaustis. p̃ antiphrasin. i. non exhaustis. nã & fames auri dicĩ sacra. i. execrabilis: vt. ŝ. de epis. & cler. l. si quẽquã. Vel adeo debent laborare, vt & eis exhaustis & senibus factis laborent per sobolẽ: vt. ŝ. de decu. l. fabricẽses.

t Nominationibus. i. ĩ, qui nomina uerũt eos, qui pro eis fisco respõdent. Vel dic. i. propter suas de nominationes tenentur etiam circa alios prouidere: & sic primo datiui: secundo ablatiui sunt casus. Accur.

v Damnum. ĵ. i. ab vno illatũ. vel. i. paupertas. nam alĵ tenebuntur. & hac ratione etiam succedunt inter se: vt. ŝ. de hęre. decur. l. fi.

x Decoctionis. Id est administrationis. ad quod. ŝ. de fusce. & arca. l. si aliqd.

y Tulerit. id est cõtigerit quod alter deperetur. vel alter det dãnum. ad quod ŝ. de nau. l. fin. Et primo conuenitur dãnũ inferens: vt. ĵ. quo q̃s or. l. j. &. iĵ. Sed contra. ŝ. de pœnis. l. sancimus. & de inoffic. test. l. si quis in suo. §. fi. Sed hoc est speciale quia ipse delinquere videtur, vt hic dicit, cũ debeat p̃uidere. ad qd'. ff. de offi. procõs. l. iĵ.

z EOs qui. Vxores. per viros: nõ quod ipsę sint fabricẽses: vt. ff. de mune. & hono. l. iĵ. §. corporalia.

Accursi. qui non contentus doctrina Impe. addit stigmata esse instrumẽta, licet notam publicã expo suerũt Imp. Proinde tu cum Impera. dic stigma notam esse alicui corporis parti ĩuũstum à στίζω i. pũgo. Vnde stigmatici quandoq̃ infames dicũtur, ac noxij nota ac stigmate inusti, quo tales semper appareant.

litare dicuntur: non alibi pulsare volẽtibus respõdere præcipimus, nisi ĩ iudicio tuę sublimitatis[a], ad cuius iurisdictionem potestatẽq; pertinẽt: nec eos post stipẽdiorum finẽ[b] & militię, sup ciuilibus, vel curialibus muneribus, quibus nullo modo subiacere monstrantur[c], à viris clarissimis rectoribus ptouinciarum, vel eorũ officijs prẹter licitum[d] inquietari.

Prohibet fabricenses aliquam administrationem uel agriculturam assumere: & punit dominos, qui eas locauerint, & fabricẽses, qui eas conduxerint. Bartolus.

Imp. Anastasius A. VII.

NVllus fabricensium cõductioni[e], vel administrationi, vel agriculturæ aliarum rerum se posthac immiscere conetur[f]: dominis quidem (siqui contra hæc statuta meæ pietatis venire ausi fuerint) res vel prædia, quæ scientes[g], q̃ fabricẽses sunt, ĩsdem fabricẽsibus ministranda cõmiserint, amissuris: fabricensibus verò grauissimè coërcitis, post facultatũ suarum amissionẽ, perpetui exilij pœna & animaduersione retinendis. Quoties sanè in trãslatione armorum angariæ necessariæ fuerint, sublimitas[h] tua literas ad eminentissimam iubeat dirigi præfecturam: & numerum ei armorum, & ex quo loco transferẽda sunt, indicare: vt continuò super præbendis angarijs pro numero eorum, quæ transferuntur armorũ, præceptione sua viros clarissimos moderatores prouinciæ conueniat[i]: vt secundũ missam à sublimitate tua notitiam naues, vel angariæ confestim de publico[k] præbeantur. Quòd si aliqua tarditas, vel negligentia post datas à sublimitate tua ad eminentissimam præfecturam literas in destinandis autoritatibus[l] amplissimæ tuæ sedis interceserit, & ex hoc armorum transuectio fuerit impedita: in quinquaginta libras auri tam numerarium pro tempore officij eiusdem amplissimę sedis, quàm alios, quorum interest, condemnari pręcipimus: eamq; auri quã titatem protinus exactã fisci iuribus aggregari: multa præterea triginta librarum auri proposita tam viris clarissimis, qui prouincias regunt, quàm eorum apparitoribus, si cõuenientibus his armorũ subuectio tarditate aliqua fuerit præpedita.

TITVLVS X.

DE VETERIS NVMISmatis potestate[m].

Impe. Constantinus. A. I.

SOlidos[n] veterũ principum [o] veneratione formatos ita tradi ac suscipi ab ementibus & distrahentibus iubemus, vt nihil omnino refragationis[p] oriatur, modò vt debiti ponderis sint, & speciei[q] probæ: scituris vniuersis, qui aliter fecerint, haud leuiter[r] in se vindicandum[s].

Minuta æstimatione florenni minuitur æstimatio rerum, quæ uenduntur ad florenum. Bar.

Idem Augustus. II.

PRo imminutione, † quæ in æstimatione solidi fortè[t] tractatur, omnium quoq; pretia specierum decrescere oportet.

Omnes aurei debent capi æquali æstimatione: & contrà faciens grauissime punitur. Bar.

Imppp. Gratia. Valentin. & Theodos. AAA. III.

VNiuersos autoritas tua proposito edicto commoneat[v] obryzatorũ[x] omnium solidorum vniforme pretium postulare: capitali scilicet supplicio puniẽdo, q̃ vel iussa nostræ maiestatis auaritiæ cæcitate contempserit[y], vel æternales[z] vultus dum fraudibus studet, duxerit violare[a].

a Sublimitatis. loquitur Eufirmio magistro officiorum. Et no. quod hęc lex duo dat eis priuilegia: vnum durãte officio, aliud post. Accurs.

b Finem. quando in certũ tempus fuerit assumptus: alias perpetuo ipse & filij tenerẽtur: vt. ś. l. proxi. in princ. Accur.

c Monstrantur. etiam durante officio secundum P. & sic sub. ś. post finẽ. s. etiã. Sed cõtra. s. eod. l. ij. nã si est speciale in primicerio: in alijs ergo secus.

d Licitum. i. quod esset contra licitum.

e NVllus fabricensium. Cõductiõi. alias conditioni. alias conductioni.

f Conetur. ad qd ś. loca. l. fi. Accur.

g Scientes. sic. ś. loca. l. si ignorans.

h Sublimitas. magistro officiorum loquitur. & facit. j. de cursu pu. l. cursum. & ś. de naui. l. cũ naiarchorum. Accur.

i Conueniat. vos inquam conuenio ô Iudæi.

k De publico. No. de publico.

l Autoritatibus. alias actoribus. i. literis præsidis: vt prædixi. & dicuntur autores: quia autoritatem præbeant deferenti.

m DE VETERIS numismatis potestate.

Dixit de fabricatiõe armorũ, nũc de fabricatiõe monetę, & dic q̃ numisma & aureus & solidus auri idẽ ẽ: vt hic, & ś. de sportul. l. ij. & in euãgel. Cuius est imago &c. cuius põdus erat tale. vt. lxxij. facerẽt li. auri: vt. ś. de susce. l. quoties. hoc numisma liue moneta tantũ fiebat olim de auro: vt. j. l. fi. et effigies principis erat ibi vt. j. l. j. et vsus fr. veluti gẽmarũ poterat legari i eis vt. ff. de vsuf. l. numismatũ & q̃ hãc falsant puniũtur: vt. j. eo. l. fi. hodie vero cũ concessione principũ fit regibus & ciuitatibus etiã de re, nõ dicas à priuato: vt. ś. de fab. l. ij.

n Solidos. id est, aureos à solidi tate: quia de solido auro fiunt: vt. ś. de susce. l. quoties. & nota in titu.

o Principum. vt Philippi: vt. ff. de auro & arg. leg. l. quintus. ś. sinautem.

p Refragationis. id est, refutationis.

q Speciei. q̃ nõ deteriorata sit res: vt. ś. de spon. l. ij.

r Haud leuiter. id est non. sic. ś. qui. mu. vel prę. l. j.

s Vindicandum. offic. iudi. extraordi. Accur.

t PRo imminutione. Solidi forte. argentei, secũdum Py. vel dic aurei: & dic tractatur à principe vel eo, qui habet autoritatem, & quod subijcit pretia scilicet ipsius auri: qui sunt pretia rerum. q. d. pro minori summa accipiuntur. cum dantur pro pretio cuiuslibet speciei.

v VNiuersos. Commoneat. postulare, q̃ est. j. vniforme. &c. Accursius.

x Obryzatorum. id est nummorũ aureorum de optimo auro: quod sic dicit: vt. ś. de vesti. holo. in fũ. not. ac si dicat, tantum valeat vnus aureus: quantum alius: & tantundẽ vendantur.

y Contempserit. vendendo plus vnũ quam alium.

z Aeternales. id est principis, cuius est ibi imago; vt. ś. l. j. & dicit æternalis, q̃ a imperiũ semper durat: vt in authen. quo modo opor. epi. ij. fi. scilicet vno existente pro alio. sic. ś. de fab. l. ij. & sic non est contra. ff. de ser. vrb. præ. l. eum.

a Violare. radendo forte: vt. ff. de fal. mo. l. qui nummos. & est pœna ignis in hac aurea principis, & in alia capitis. i. de portationis: vt. ś. de fal. mo. l. ij. & in. ij. autore

† De memoria mutationis & minutionis mone tarũ vide bonum text. & cano. in. c. cum olim. extra de fenũ.

Nulli

TITVLVS XI.

NVLLI LICERE IN FRENIS ET EQVESTRIBVS [a] SELLIS & in baltheis [b] margaritas & smaragdos & hyacinhtos aptare: & de artificibus palatinis [c].

Imp. Iustinus † A. I.

NVlli prorsus liceat in frenis, & equestribus sellis, vel in baltheis suis margaritas, & smaragdos, & hyacinthos [d] aptare posthac, vel inferere. aliis aũt gẽmis frena, & equestres sellas, & baltheos suos priuatos exornare permittimus: de cucurnijs [e] † verò omnem prorsus qualiumcunq; gemmarũ habitum præcipimus submoueri. fibulis [f] quoq; in chlamydibus ijs vtantur, quę solo auro & arte pretiosæ sunt [g]. Si quis autem contra interdictũ pietatis meæ fecerit: sciat se cõtinuò quinquaginta libris auri esse multandum. Nulli [h] præterea priuatorum liceat (exceptis scilicet ornamentis matronalibus, & tã muliebriũ [i], quàm virilium annulorum habitu) aliquid ex auro & gẽmis quo ad cultum & ornamentum imperatorium pertinet facere: neq; illud sub hoc colore & prætextu præparare, quòd velit clementiæ principali velut aliquod munus offerre. Pietas enim mea huiusmodi dona nõ expetit: neque regium sibi offerri à priuatis cultũ requirit [k]. Sanè siquis posthac aliquid contra vetitũ huiusmodi sanctionis effecerit, & offerenda clementiæ meæ ornamenta, quæ vsibus regijs deputata sũt, auro gemmisq; decorata ausus fuerit præparare: centum librarum auri cõdemnatione sciat se esse feriẽdum: capitali quoque subdendum esse supplicio. Ornamenta [l] enim regia intra aulam meam fieri à palatinis artificibus debent: non passim in priuatis domibus vel officinis parari. Vnde summa seueritate sancimus, vt quod in cultu ornatuq; nostro sacrum & adoptabile est, id facere temeritas priuata nõ audeat. Si quis sanè cõtra vetitum tranquillitatis meæ aliquid fecerit, definitam superius multam ab ijs, per officia palatinorum exigi, & sacris largitionibus nostris iubemus inferri.

a NVLLI LICERE in frenis & equestribus &c. *Ab equo dicta.*

b Et in baltheis. id est cingulis. vel genus vestis, sed hic videtur poni pro cingulo equi vel pectorali, q̃ quasi cingunt.

† alias, Iusti genus.

c Palatinis. vt. j. §. nulli

d Vlli. Hyacinthos. q̃ sunt pretiosiores alijs, vt hic probatur.

e De cucurnijs. cucurnia dicit̃ morsum freni. sed R. dicit id quod eq̃s imponit̃, vt nõ incuruent̃.

f Fibulis. i. chlamydibus. chlamys militum: purpura regũ: stolla sacerdotũ: toga aduocatorum: habitus rusticorum: cuculla monachorum appellatur: vt hic, & ſ. de vesti. holo. &. j. qui mi. non possũt. l. finali.

Vestium diuersa genera.

† Vide Alc. hic. nam sunt qui vocẽ cucurninis sub struant, ille garrulus nullet.

g Pretiosæ sunt. q.d. sine omni gẽma.

h Nulli. Hic de secunda parte titu. vsque ad fi.

i Muliebrium. repete exceptis. sic ergo in annullis, licet ponere gẽmas mari & fœminæ: sed mari nõ alias. & facit. ſ. de vesti. holo. l. iij.

k Requirit. Not. sic. ſ. de auro cor. l. j.

l Ornamenta. Nota sic. ſ. de vesti. holo. l. pen.

DE CLASSICIS.

m Classẽ. Seleucenam. à seleucia ciuitate Oriẽtis, sic nominata Seleucena. & dic, id est, nauigiũ ad bellandum aptum.

n Vniuersas. classes seu naues. Accur.

o Obsequitur. p̃fecto prætorio Oriẽtis loquitur.

p Ex incensitis. i. ex ijs, qui censentur seu volunt deputare huic ministerio. sic res dicitur in nullius bonis sensura.

q Accrescẽtibus. id est qui superabundat in alijs nauibus.

r Seleucena. classis seu nauigium.

s Purgandi. malis hominibus vel prædonibus, vt argu. ff. de offic. præsi. l. congruit. Accur.

t Deputetur. à præfecto prædicto, q̃ deputatur comiti.

TITVLVS XII.

DE CLASSICIS.

Impp. Valent. & Valens A A. I.

CLassem Seleucenã [m] aliasq; vniuersas, [n] ad officium, quod magnitudini tuæ obsequitur [o], volumus pertinere: vt classicorũ numerus ex incensitis [p], vel accrescẽtibus [q] cõpleat̃. & Seleucena [r] ad auxiliũ purgandis [s] Orientis aliasq; necessitates comiti Orientis deputet̃ [t].

TITVLVS XIII.

DE CVRIALIBVS VRBIS ROMAE [v].

Impp. Arcad. & Honor. AA. I.

Si quis decurialẽ [x] de auferẽdis priuilegijs putauerit lite pulsandum [y], intelligat se curiæ interpellare debere iudicem [z].

Idem AA. II.

LEges decuriales, tam à superioribus principibus, quã à diuo parẽte nostro cõditas, nostra autoritate firmamus. Singulos itaque iudices scire volumus, ne q̃s huic collegio iniurijs corporalibus tẽtet notã atterere [a], neq; ab ijs cõmodis, q̃ rationibus approbant̃, audeat separare. huic em̃ collegio volumus antiquã priuilegiorũ p̃rogatiuã seruari [b].

u DE CVRIA. VRB. ROMAE. *Decuriones à muneribus excusantur, ut ſ. de suscep l. pe. & maximè urbis Romæ decuriones. & differt à ti. de decur. quia hic in specie.*

x Si quis decurialem. alias curialẽ.

y Pulsandum. id est accusat eum de aliquo, per quod à curia est remouendus: vt. ff. de fal. l. falsi. §. ordine. Item de quacunq; lite, nisi forsan contractus vel delictum aliud exigat. Accur.

z Iudicem. qui p̃ est curiæ decurionũ illorum. ad quod. ſ. de iu. om. iudi. l. fi. & dicas hos alios, quã senatores: quia illi cõueniuntur sub certis iudicibus: vt. ſ. vbi se. l. senatores. Argu. contra. ſ. de decur. l. omnes iudices.

a LEges. Atterere. id est atterendo infligere. Py. ad quod. ſ. de dec. l. omnes. & de pœ. l. de curionũ. &. ff. de decu. l. fi. nisi in casu: vt ſ. de dec. l. quilibet.

b Seruari. in tormentis & pœnis, & similibus euitandis. Et not. duo in decurionibus. s. decuriones nõ torquendos: & antiqua priuilegia seruari.

Decuriones torqueri nõ debent.

DE PRIVI. &c.

TITVLVS XIIII

DE PRIVILEGIIS CORPORATORVM vrbis Romæ.

Incolæ urbis Romæ gaudent priuilegijs ciuium. Item ciues Romani ubicunq; morantur, possunt ad ciuitatem retrahi. Bart.

Impp. Honor. & Theod. AA. I.

NVlli sit liberum, nulli permissum, vt nouũ aliquid vrbis [c] incolæ in vrbe sustineant: sed in honorem æternæ vrbis corporatis [d] indulta

c Vlli. Vrbis. qui aliũde veniẽtes, ibi domicilium cõstituerunt: vt. ſ. de in co. l. ciues. &. ff. de stato. l. in vrbe.

d Corporatis. Corporatus dicitur, qui ĩ corpore aliquo scribit̃ propriè: sicut quodlibet mẽbrum hõis corporatũ dicitur: & ciuis factus vel incola: & sunt priuilegiati vt plebei à tributo

buto capitis excusentur:vt.j. de ca.ciui.cē.l.j.& facit.j. de Alexā.pri.l.j.Acc.

† Alias,pere grina

a Valere. etiā qui nūc de nouo sunt ciues per domicilium.

b In peregrina.s. loca.ad quod.s.de decurion.l.quidam ignauiæ.

c Solennitas. sic j.de pas.pub.l.j.&.j. de agri.& censi.l.cū satis.in princ.

DE PISTORIBVS.

d Qvicunque ex mancipijs.i.pistoribus facientibus panem palatij. sic.j. de fru. vrb. Con.l.j. hi subsunt comiti horreorum: vt hic dicit.& omni tempore de eis ius dicitur: vt.s. de fer.l. publicas.& coueniunt secundum P. sub comite rerū priuatarū, i.procur.Cæsaris:vt s.vbi cau.fi.l.si quis. &.l.dominicis.

e Quolibet modo.alio modo illicito.vel dic generaliter eos ad nullam dignitatem aspirare.& facit ad simoniacam istam electionē.s. de episc.et cle.l.si quēq. & ad.l.iul. repe.l.fi. & in authē.iusiur. q præ.col.ij.

f DE SVARIIS. Id est porcarijs,q custodiūt porcos ciuiū in pascuis:vt.j.l.j.

g Susceptoribus. de his nihil in nigro. sic.s.de condu'. ve.l. fin.sed de his dicitur s.de susce.l. modios.

h Ordinarij. Exhibeant. Quintū animal dat bastagiarijs: vt.s. de mur.l.quo.ad pns.

† adiutoriū

i Sordidis.q sunt s.de excu. mu.l.maximarum.& idem de custodibus cæterorum porcorum. arg. s.ad.l.Fal.l.fi.Acc.

k Qvicunque Prouocatus. actor prouocatur, eo q sibi alias non satisfit: sic.ff.de separa.l.fi.

l Fori.i.præfecti vrbis.& no.quod reus

Reus quandoq; forum actoris sequitur.

sequitur forū actoris cōtra regulā.s.de iurisd.om.iu.l.iuris ordo.

m DE COLLEGIATIS. Dixit specialiter de qbusdā collegiatis:nūc gñaliter.& dicunt

suffragia valere [a] præcipimus. Cura autem rectorū prouinciarum, corporati vrbis Romæ,q in pegrinatione [b] † trāsgressi sūt,redire cogant:vt seruire possint functiōibus:quas imposuit antiqua solennitas [c].

TITVLVS XV.

DE PISTORIBVS.

Imppp. Gratianus, & Valentin. & Theod. A A A. I.

Qvicunq; ex mancipijs [d] comitis horreorū dignitatē & officium, vel ambitione,vel gratia,vel pecunia seu quolibet [e] alio modo posthac fuerit assecutus: exutus dignitate, quam contra interdictum nostræ serenitatis adeptus est, multatus etiā in viginti libris auri,ad antiquū denuo cōsortiū collegiūq; reuocet: omne etiam speciale beneficiū, quocunq; modo contra hanc sanctionem fuerit impetratum, penitus conquiescat.

TITVLVS XVI.

DE SVARIIS [f] ET SVSCEPTORIBVS [g]

vini,& cæteris corporatis.

Imp.Constantinus.A. I.

Orcinarij vrbis æternæ, cùm peruigilē laborem populi Romani commodis exhibeant [h] :sordidis [i] semper muneribus liberetur.

Prætor urbis est iudex porcariorum,siue ipsi agant,siue conueniantur.Bart.

Impp. Arcad.& Honor.A A. II.

Qvicunq; ex corporibus suariorū siue excipiendæ necessitate litis adstrictus,siue inferedæ volūtate spontanea prouocatus [k] ,iudiciū voluerit experiri:fori [l] vrbani auditorium † præstoletur.

TITVLVS XVII.

DE COLLEGIATIS [m], ET CHARTOPATRIS,& nummularijs.

Qui intrat unum collegium, & munera ad quæ ordinatus est,nō exercet: non effugit munera alterius collegij,de quo exiuit:sed debet de nouo extrahi,& alius ī locū eius subrogari,req sitis primatibus collegiorū. idē si decederet. B.

Impp. Theodo. & Valentin. A A. Cyro P.V. I.

Qvi sub prætextu [n] decanorū seu collegiatorū,cùm id munus non impleāt alijs se muneribus conātur subtrahere, eorū fraudibus credimus esse obuiādū:ne quis sub specie muneris quod minus exequit,alterius muneris oneribus releuet:ne argentariorū vel nūmulariorū munera declinent ab ijs,q dici tā tūmodo collegiati vel decani festināt. Ideoq; si quis eorū sub nudæ appellationis velamine collegiatū se,vel decanū appellat:sciat p se aliū subrogādū,q prædicto muneri sufficiēs approbet,subrogatiōe videlicet memoratorū [o],vel eorū,q moriunt, primatū [p] eius qui subrogat,admissa iudicio.

Qui supra numerum admittuntur in collegio, non gaudent beneficio collegij.Bar.

Quòd autē [q] supra numerū, qui [r] ī cautis breuibus cōtinet, nemo se quolibet patrocinio, vel cuiuslibet assumpta potētia debeat excusare: hoc nostræ est serenitatis cēsere,et tuæ sublimitatis tuiq; officij cautius obseruare.Hoc inter oēs æqua lance seruari pcipimus: nullo diuinæ domus patrocinio:nulla sacrosanctarū ecclesiarum reuerētia:nullo qualibet vel cuiuslibet potentia se excusante.Sed ne tm circa munera releuāda supplicibus [s] cōsuluisse noscamur:illud et dicēdū obseruādūq; esse censemus,vt chartæ vēditio [t], q de prouincijs ad corporatos supplicū [v] p iuocationē† trāslata est priæ cōstitutiōis [x] terminis cōcludat:hoc est,qd in initio dispositionis cōstitutū est [y], id in posterum nulla addita nouatione seruetur.

TITVLVS XVIII.

DE STVDIIS LIBERALIBVS [z] VRBIS

Romæ,& Constantinopolitanæ.

Impp.Theodo.& Valen.A A. I.

à collegio,vt priuilegiati à priuilegio, & idē dicunt chartopatri [a]:qa eorū nomina scribebant in charta vel matricula patriæ: quasi ī priæ charta de scripti intra numerū. sed q sunt.s.numerū, nō gaudēt priuilegio vt.j.§.qd autē. Vel dicunt chartopatri.i. q gaudēt in patria secundū Græcos. dicit eū Grece charta apud Latinos patria. vel dic tertio vt.j.in fi.huius legis.Acc.

n Qvi sub prætextu. hāc habes de verbo ad verbum.s. de sac.san.eccle.l.qui sub prætextu.

o Memoratorū.i. in locū memoratorū.

p Primatum. scilicet quod de nouo habebit primates, qui eum eligant.Py. vel dic eorū à qbus recedit.& ad hoc.s.de ad uo.di.iudi.l.nemini.

q Quod autem. hic accipe nemo qd est.j.& lege suspensiue vsq; illuc, sed ne &c.Acc.

r Qui. s. numerus continetur in breuibus cautis.i. cautela scriptis facta examinatione eligendorū. & facit.s.de sac. san. eccle.l.non plures.

s Supplicibus.qui supplicant vt suū locū eis vendere liceat.

t Vēditio. emptores huius chartæ dicunt chartopatri: q per chartæ emptionē à quopiā,q in charta vel in matricula est collegiatorū vel consulū:acqrere volunt vt illius loco subrogent.i.vt alludāt nomini.i.agāt, emendo chartā.i.locum cuique p chartā assignatū,vt patriæ fiāt corporati:|vt hic. vel aliter vt notat in tit.

† innouationem

v Supplicū.i.subiectorū supplicātiū.

x Cōstitutionis. alias dispositionis.

y Constitutū est. i.q onera primus & secūdus agnoscat. ad qd.s.de coll. donat. grat.l.j.&.s.de præd. et oibus rebus na.l.ij.

z DE STVDIIS &c.

In quibus duabus tantū legitimū sit studiū nō alias,nisi ex priuilegio:ut in proœ.digestorū.§.hæc autē tria.hodie imperiū est scissum,& studiū multis locis fit,maxime Bononiæ,quæ legalis studij obtinet monarchiam.

a Charto[patri], teste A[...] lib.j.pr[...] in hac p[...] ctiōe,& P[...] rho hic d[...] tur publ[...] chartæ[...] tores.

Vniuer

VNiuersos. Vsurpantes. i. frequenter vtentes legges. & sic i bona parte: vt. ff. de vsuca. l. fi. Accur.

b Cellulisq;. i. qui volunt docere publice vel priuatim, abstineāt ab ostentatione vulgari.

c Ab ostentatione. id est cōuersatione cum laicis.

d Sanctionis. scilicet huius quæ &c.

e Prohibemus. se immisere vulgari ostentationi.

f Tentauerit. vulgariter se ostētando.

g Vrbe. scilicet Roma veteri vel noua: de quibus hic dicit.

h Consueuerūt. in cellulis: vt. ŝ. pxi.

i Prohibemus. nisi vt subñcit. Item hoc in dictis duabus vrbibus. Acc.

k Numero. q numerus est: vt. j. hac. l. & iuxta capitolium regebant, vel intra capi. &c. id est habēt licentiam, vt regant: & sic audiūtur in capitolio, scilicet ab ñs, qui conueniūt in capitolio, vt à populo vel à senatoribus.

l Priuilegiis. quæ sunt. ŝ. de pfes. l. medicos. &. l. fi.

m Auditorium. hoc expone vt. ŝ.

n In ñs. scilicet ciuitatibus duabus. Et no. quia permittit oratores etiā ad leges, nedum ad alias quaslibet artes, cuius flos & tuba Romani eloquñ fuit Tullius.

o Numero. numerus etiam alius statuitur in maximis ciuitatibus: vt. ff. de exc. tuto. l. si duas. ſ. j. & ñ. sed ibi de alñs: hic de Roma & Constātinopoli ciuitatibus.

p In ñs. s. ciuitatibus, & habeas. j. gratuitatis. alias est ingratis: & tunc dic in his grāmaticis, qui falla cñs sunt sapientes & dolosi secundū Py. alias garrulitatis.

q Decem. vitium scriptoris. nam &. ŝ. dixerat. sic. ŝ. de exc. ar. l. ij.

r Glorioſam. No. adolescentiam glorioſam. Item no. has artes in adolescentia addisci.

s Autores. id est hos qui sequuntur, vnum &c.

VNiuersos, qui vsurpantes [a] sibi nomina magistrorum, in publicis magistrationibus celluliſq; [b] collectos vndecunq; discipulos circunferre consueuerūt, ab ostētatione [c] vulgari præcipimus amoueri: ita, vt si qs eorū post emissos diuinæ sanctionis [d] affatus: quæ ꝓhibemus [e], atq; dānamus, iterū fortè tētauerit [f], nō solū eius, quā meretur in famiæ notam subeat, verùm etiā pellendum se ex ipsa, vbi versatur illicitè, vrbe [g] cognoscat. Illos verò qui intra pluri morū domos eadem exercere priuatim studia cōsueuerūt [h]: si ipsis tantūmodo discipulis vacare maluerint, quos intra parietes domesticos docent, nulla huiusmodi intermina tiōe prohibemus [i]. Sinaūt ex eorū numero [k] fuerint, qui videntur intra Capitolñ auditorium constituti: hi oībus modis priuatarū ædiū studia sibi interdicta esse cognoscant: scituri, quòd si aduersus cælestia statuta facientes deprehēsi fuerint: nil penitus ex illis priuilegiis [l] cōsequantur, quæ ñs, quę in Capitolio tantūmodo docere præcepti sunt, meritò deferūtur. Habeāt igitur auditoriū [m] specialiter nostrū in ñs [n] primū, quos Romanæ eloquētiæ doctrina cōmēdat. oratores quidem tres numero [o], grammatici verò decē. In ñs [p] etiā, qui facundia grauitatis pollere noscuntur, quinq; numero sint sophistæ, & grāmatici æquè decē [q]. Et quoniam nō his artibus tātū adolescētiā glorioſam [r] optamus instituī: profundioris quoq; sciētiæ atq; doctrinę memoratis magistris sociamus autores [s]. Vnū igitur adiūgi cæteris volumus, q philosophiæ [t] arcana rimetur: duos [v] quoq;, qui iuris ac legū volūtates pā dāt: ita, vt vnicuiq; loca specialiter deputata assignari faciat tua sublimitas: ne discipuli sibi inuicē possint obstrepere, vel magistri: néve linguarum cōfusio permista vel vocū, aures quorundam aut mentes a studio literarum auertat [x].

t Qui philosophiæ. per hos etiam medicos potest comprehendere.

v Duos. No. duos. s. intra numerū. alias secus, vt in princ. legis. Item hoc in dictis duabus ciuitatinus: vt in titulo. Et not. quòd de diuina scientia nihil dicitur. Item facit. ŝ. de profes. qui in vr. Constā. lib. j.

x Auertat. quod facile euenit in ñs, qui male intēti quādoq; castra ædificāt: quādoq; tegulas domus numerant. & est hic ar. [a] quod faber non pōt malleare iuxta scholas. Pu. enim vtilitas quę replet ciuitatem sapiētibus, prę fertur. sic. ff. solu. matri. l. j.

TITVLVS XIX.

DE HONORATORVM VEhiculis.

Antiquitus in signum dignitatis & honoris in dignitate positi ibant in curribus, seu uehiculus. Barto.

Imppp. Gra. Valenti. & Theudoſ. AAA. I.

OMnes honorati seu ciuiliū [y] seu militariū, vehiculis dignitatis suæ, id est carrucis: ītra vrbē sacratiſsimi nominis semper vtant [z].

a Vide de hoc per Bar. & alios in. l. qui habitat ff. j. ff. sol. mat.

DE HONORATORVM VEHI.

y Mnes. Ciuiliū. dignitatum vel virorum. & erant honorati quidam qui habebāt priuilegia, vt intrarēt secretariū principis, & aliorum iudicum & sedēdi in salutationibus: vt. ŝ. de offi. di. iudic. l. ñ. &. iñ. Vel ponitur pro ñs: qui habent dignitatem sine administratione. de quibus dic vt in authen. vt or. præ. quod in idem recidit.

z Vtātur. i. liceat eis vti si volunt.

TITVLVS XX.

DE PRIVILEGIIS VRBIS CONSTANtinopolitanæ.

Impp. Honor. & Theodoſ. A A. I.

VRbs Cōstantinopolitana non solùm iuris Italici [a], sed etiam ipsius Romæ veteris prerogatiua lętetur [b].

DE PRIVIleg. vrb. &c.

a VRbs. Italici. Est ergo immunis à tributis: vt. ff. de censi. l. j.

b Lętetur. vt. ŝ. de sa. san. ec. l. omnium. ergo mater legū: vt in authē. vt ecc. Ro. in prin. col. ij. Itē eius consuetudinē sequiť: vt. ŝ. de ve. iur. enu. l. j. ſ. fin. & insti. de satiſ. ſ. fi. Item mater fidei erit illius ciuitatis ecclesia: vt. ŝ. de sacrosan. ecc. l. decernimus.

TITVLVS XXI.

DE METROPOLIe BERYTO.

In eadem prouincia possunt esse duæ matrices ciuitates. Bartolus.

Impp. Theod. & Valent. A A. I.

PRopter multas iustasq; [d] causas metropolitano nomine ac dignitate ciuitatem Berytū decernimus exornadam, iam suis virtutibus coronatā. Igitur hæc quoque metropolitanam habeat dignitatem. Tyro [e] nihil de iure suo deroget.

c DE METROpoli. &c. Id est metropolitana: & sic est apocopa.

d PRopter multas iustasq;. maxime quia nutrix est legū: vt in prooe. digestorum. ſ. hæc autem.

e Tyro. datiui casus. & est nomen ciuitatis. & erant duæ ciuita

ciuitates Tyrus & Berytus in prouincia Phœniciæ:vt.ſ.q ęta. l.j. quarũ vna erat ante metropolitana:nũc fit & alia:& dicit: quod nil derogatur patriæ.Et ſic no.hic ar.quod nil derogat epiſcopo,ſi alter in eodem epiſcopatu eligatur epiſcopus.& idẽ in prælato ſed diſtingue,aut dignitas additur perſonæ:puta cũ erat vnus epiſcopus in vna ciuitate: dat alius in eodẽ epiſcopatur(& idem in archiepiſcopo poteſt dici) & fieri non poteſt. aut rei: & fieri poteſt vt hic.nec em̃ erunt duo metropolitani,ſed vnus.& ſic duæ matres eccleſiæ ſed vnus prẹlatus,vt bigami.Item & duæ prouinciæ vnũ præſidem:ſic.ſ.ti.j.Duę ſunt Romanæ eccleſiæ.ſ.Roma vetus & noua: & tantũ vnus papa.ſed hæc rei collata dignitas non fit niſi ex cauſis: vt in princ.huius legis.ſed & prouincia ſcinditur:& erunt duo prę ſides, non vnus, ſed duarum prouinciarũ:ſic & archiepiſcopatus:vt.ff.de of. aſſeſ.l.ſi eandem.ſed in vna eſſe duos metropolitas & inſolidum non põt eſſe,vt dixi. arg.ff.cõmod.l.ſi vt certo.§.ſi duobus. econtra de duabus. vna fit:vt in auth.vt iu.ſine quoquo ſuff. fr.§. illud.&.§. hoc autem.col.ij.

Epiſcopo nihil derogatur altero in eius epiſcopatu electo.

a Illa.ſ.Tyrus.
b Hæc.ſ. Berytus.
c Et vtraque.Tyrus & Berytus.
d Dignitate. metropolitana.

† Alias, olei

e DE CANONE FRV. &c.

Certus canon in frumẽto ſingulis annis mittebatur Romam: *quod patet,quia dicit canon.ad quod.ſ. de ſacroſanctis ecc.l.placet.& appellatione frumenti omnia, quæ ad uictum ſunt neceſſaria, accipiuntur: ut ſ.de ſuſce.l. modios.& j.eod.l.ij.& in publicis horreis* Romæ *imponebatur:ut.ſ.de condẽ. in pu.horreis.l.j.&.ij.*

f Romæ. vtriuſq:vt.ſ.ti.ij. &.j. tit. j.in titu.

Sit illa[a] mater prouinciæ maiorum noſtrorum beneficio: hæc[b] noſtro, & vtraque[c] dignitate[d] ſimili perfruatur.

TITVLVS XXII.

DE CANONE[e] FRVMENTARIO vrbis Romę[f].

Nauta debet confiteri ſe recepiſſe ſpecies incorruptas:quod debet approbari aſpectu officialium tempore quo dantur, & quo reſtituuntur.Barto.

Imppp. Theodoſ. Arca.& Honor. AAA. I.

NAutici[g] apud p̃ſidum aut magiſtratuũ acta[h] confiteãtur incorruptas ſpecies ſuſcepiſſe:eorũq; apud quos deponitur iſta teſtatio,præſens aſpectus[i] probet nihil in his eſſe vitij,quòd eo tempore[k] quo ad ſacræ vrbis portum peruenit, præfecturã iugiter obſeruare præceptum eſt.

Annullat omnia priuilegia cõcedentia remiſſionem canonis.Bart.

Impp.Arca.& Honor. A A. II.

SI quid frumenti vel hordei † vrbicarij canonis remiſsione indultum eſt ſpeciali beneficio:contra commodũ publicum reſcripta elicita[l] nõ valeant.

Nullus poteſt poſtulare canonis mutationem: & impetrata priuilegia à iudice non admittantur: & impetrantes in duplum puniantur, & iudices,qui canones in proprios uſus cõuertunt, puniuntur.Barto.

Idem.A A. III.

NEminẽ patimur in mutando[m] canone vrbis Romæ[n], noſtræ clementiæ beneficium poſtulare, ſed etiã ea reſcripta,quæ quoquo modo potuerint impetrari[o],ſuſcipi nõ ſinimus:eos verò, qui cõtra hæc fecerint,in duplum retinendos eſſe decernimus.

g Autici. Qui portant annonarias ſpecies:vt.ſ.de naui.l.j.
h Acta.in prouincia vnde accipiunt.
i Aſpectus.ſubij̃ciendo oculis.ad quod.ſ.fin. regun.l.ſi irruptione.
k Quod eo tempore.id eſt ſimilis inſpectio fiat à præfecto annonæ,cui hæc lex mittitur,& de quo hic loquitur:vł dic per præfectum vrbis.

l SIquid.Elicita.à debitoribus:vt.ſ.de anno.& tri.l.iij.nec compenſari:ſed tam cito ſoluí:vt.ſ. de cõpen.l.in ea.&.l.ſi velut.&.ff.de admi.re.ad ci.per.l.ij.§.iij &.iiij.& facit.ſ.de preci.impe.l.nec damnoſa.& ſi contra ius vel vti.pu.l.fina.&.ſ. de piſto.l.j.&.j.l.proxi.& in auth.vt nul.iu.§.hoc.col.ix.

vicarios[p], quinetiam cæteros iudices(niſi deinceps ab vſurpatione vrbicarij canonis abſtineãt) deportationis pœna detineri:primates officiorum capitali ſupplicio ſubiugari p petua autoritate ſancimus[q].

m NEminẽ. In mutando. de ſpecie in ſpeciem: vt.ſ.de fab.l.j.vel de pſona in perſonam.
n Romæ.dic vt in titu.
o Impetrari. à quocunq; debitore vel alio:vt ſit generalior quam ſuperior ,pxi.

TITVLVS XXIII.

DE † FRVMENTO[r] VRBIS CONſtantinopolitanæ.

Quod dari debet in pane,non debet ſolui in frumento. Item ex inordinata adminiſtratione creſcit cariſtia.Bar.

Imp.Theodoſ.A. I.

VIli[s] nec diui nę quidem domui noſtrę frumentũ de horreis publicis ,p annona[t] † penitus prębeatur: ſed ĩteger[v] canõ mãcipibus[x] conſignet,annona in pane cocto domibus exhibenda. Ita enim debet canon ab inclytæ memorię Cõſtantino præſtitus, necnon à diuo[y] pietatis meæ auo Theodoſio auctus, expẽdi:quoniã creſcit inopia, ſi frumenta,quæ pro annona tribuunt,ad vſus alios deputata cognoſcãtur. cogentur[z] enim de publico ſibi emere[a], quæ alij̃s vendere potuiſſent.

Quãtitas ſtatuta ad emptionem frumenti non poteſt minui,nec ad alios uſus cõuerti:& quod de ea fit, debet in publicum librum ſcribi: & cõtra facientes puniuntur in duplum, & lucrum ſumit naturam ſortis.Bart.

Impp.Theod.& Valenti.A A. II.

AVri ſtatuta quãtitas ad coẽmptionem frumẽtariã[b] ꝑpetuò ſit dedicata:nec liceat cuiq̃ poſt[c] adminiſtrationẽ vrbicariæ poteſtatis perceptam,aliquid ex eadem ſumma minuere,vel ad quoſcũq; alios vſus conuertere[d]: ſed ſub geſtorum teſtificatione certũ fiat,& ꝙ mancipibus[e]

p Vicarios. ab vſurpatione,quia ſibi retinẽt quod Romã mittere:vel quod in horeris condere debent.& facit.ſ.de excuſ.mu.l. placet.ibi, ciuiliter cõueniunt. † Alias, de caõne & fru.
q Sancimus. niſi ab ea vſurpatiõe abſtineant.
r DE FRVM.&c. Cũ qua prouidentia deferatur, dixi.ſ. ti. proxi. nunc qualiter delatũ expendat. quod enim in vna urbe dicitur, & in alia intellige:vt.ſ. de pri.vr. Conſtan.leg. quinimo . idem in horreis publicis aliarum ciuitatum: vt ſ. de condẽ.in pub. hor.l.ij. † Vide Ale. hic.
s VIli.priuato.
t Pro annona.id eſt pro pane.
v Integer.id eſt nõ minutus per huiuſmodi præbitionem.
x Mancipibus.ſ. piſtoribus: vt.ſ. de piſt.l.j.qui panẽ coctum reddunt annonæ præbendum: vt hic: &.j.l. proxi. & prius vetus frumentum quam nouũ,niſi ſit opus de nouo immiſceri veteri quod venit propter corruptionẽ veteris,vt.ſ. de con. in publ.horreis.l.j.
y Necnon à diuo. vbi non habes. ſed facit.j.de erro.mili.an.l.j.Item.j.titu.j. l.fina.
z Cogentur. horreorum comites.
a Emere. ſubaudi frumenta quæ &c.ſi bene, ſcilicet diſtribuiſſent.

b AVri.Frumentariam. quod quando fit,dic vt.ſ.vt in emp.ſpe.l.j.
c Poſt.alias poſt perceptam,alias poſtea percepta.
d Conuertere.ſic.ff.de admi.re.l.ij.§.ij.&.iij.&.iiij.&.ſ.tit.j. l.iij.&.ſ.de con.in pu.hor.l.ſi.&.j.de col.fun.pa.l.ſi.
e Mancipibus.i.piſtoribus:vt.ſ.l.prox.& caue,ꝙ dicit ga nõ dicit,ꝙ mutuo det;ſed dat frumẽtũ et recipit panis,vel dat pecunia,vt

nia,vt emat frumentum, alias esset contra.ſ.de ijs.q ex pura.nu. pe.l.j. &.ij.& sic hic ad pub. vtili. ibi ad priuatam.

a Mutui.alias mutuo. & tunc eodem modo expone. sic.ſ. de præ. & omni.renaui.l.ij.§.domus.

b Incidi.id est,sculpi vel imprimi:sic.ff. de ori.iu.l.ij.§. postea ne diutius.& repete hic iubemus,quod est.ſ.sic in le. Moyſi in lapideis. Accur.

DE ANNONIS &c.

c ANnonas.Cōſtātini. ar. cōtra insufficientes docto. vt etiā ſcholares optimi facilius aduocentur.

d Ex his. annonis ſcholarum.ſ. ſi nihil meruerūt. vel dic,q̄ ſua ſchola vel vniuersitashæc nō reuocet.

e Sanguinis. vel etiā non iure ſanguinis,vt ſtatim colligitur.

f Geſtum. hic de iam perceptis. ſic in vſufr.vt.ff. de vſufr. l.defuncta.& facit.ſ. de inoff.teſt.l.omnimoda.§.fi. & de co. Illyri.&.j. de ſilen.l. fi.& de ero.mil. anno.l.in his.& q mili. nō poſ.l.v.§.fin.quæ faciūt vt mortuo militāte aliquid ad hæredem defuncti transeat.Item argu. quod idem ſit in prębenda clerici iam percepta.

Fructus ex beneficio per errorem, ad hæredes transeunt.

g CEntum. Tribuimus. ſiue additamentū fitq̄ prębendis.ad qđ.ſ. ti.j.l.j.& ſubaudiunt hic per ſingulos annos.& ſic qđ.ſ.eſt p ſingulos dies, iungitur ſuperioribus.

h Apicibus.i. noſtris literis miſsis &c.

i Donationis. quā facimus per.l.iſtā augendo annonas.

k Noſtris. militibus. ſ. vel dic oībus tēpore.ſ. neceſsitatis.

l DE MENDI. &c. *Quia mendicantes reficiuntur publicis annonis,de quibus eſt dictū, & debet hoc fieri. ſ.de ucrè mendicantibus: non fictè:ideo de mendicantibus ualidis.i robuſtis, quos Spanaldos uel Galiotas uulgus appellat: qui mendicare nō debent,ne miſeris, uel uerè debilibus panē auferant:ut hic, & in auth. de quæſt.col.vj.& v.q.v.c.non omnis.& lxxx.di.c.j. & glo.ſu-*

mutui [a] nomine datum eſt,& quod ab ijſdem ſit(excepta omni concuſsione)ſoluedum. eum autem,qui hanc formam auſus fuerit inquinare: quantitatem in qua ſuam callidita-tem exercuerit,in duplū exhibere iubemus,& quicquid ex prædicta ratione accreuerit, ad cumulum eiuſdē auri quantitatis & frumentarij tituli firmiter redūdare: legiſq̄ huius tenorē æneis tabulis incidi [b].

TITVLVS XXIIII.

DE ANNONIS CIVILIBVS.

Annonæ ciuiles non dantur pro titulis in dignitatibus,ſed pro meritis.Barto.

Imp.Theodoſ.A. I.

ANnonas publicas non tam titulis dignitatū,quā ſingulorum virorum meritis attributas diui Conſtantini [c] liberalitate, ſatis claruit. Ideóque nihil ex his [d] ſcholarum nomine vendicetur: ſed pro vniuſcuiuſq̄ merito,quæ ſunt conceſſa,ſeruentur:vt quicunq̄ perceptarum annonarum emolumenta vel in hæredes proprios iure ſanguinis [e] transfuderunt, vel in extraneos diſtractionis titulo tranſcripſerunt:maneat quod geſtū [f] eſt,vel hæreditatis merito,vel alienationis arbitrio.

Imp.Martianus A II.

CEntū vigintiquinq̄ modios frumenti,præter ſolitum canonem, per ſingulos dies de præſenti ſexta indictione ex die calend.lanuarij noīe periſſeumatis † de horreis publicis huius almæ vrbis,inſita noſtræ pietatis liberalitate tribuimus [g] .datis ſacris apicibus [h] ad ſublimiſsimam quoq̄ per Orientē præfecturā, quibus poſsit & modum noſtræ donatiōis [i] agnoſcere,& incunctāter præbere, quæ iuſsimus, quam modiationem iugiter & in perpetuum ciuibus noſtris [k] debere conferri, valitura in æuū hac lege ſancimus.

TITVLVS XXXV.

DE MENDICANTIBVS VALIDIS [l].

Qui ſine neceſsitate mendicant,poſſunt inſpici: & qui eos inſpexerit,& prodiderit,& eſſe probauerit:dominium eorū conſequitur,ſi ſunt ſerui,uel ius colonatus,ſi ſunt liberi:ſalua dominis actione ſerui corrupti. Bart.

Imp.Valen A. I.

VNctis, quos in publicum quæſtum [m] incerta [n] mendicitas vocauerit inſpectis: exploretur in ſingulis & integritas corporum,& robur annorum: atq̄ inertibus [o] ,& abſque vlla debilitate miſerādis neceſsitas [p] inferatur, vt eorum quidem, quos tenet conditio ſeruilis, proditor [q] ſtudioſus & diligens dominium conſequatur: eorum verò, quos natalium ſola libertas perſequitur, colonatu perpetuo fulciatur q̄ſquis huiuſmodi plenitudinem [r] †prodiderit, ac probauerit: ſalua dominis in eos actione [s], qui vel latebrā fortè fugitiuis,vel mēdicitatis ſubeundæ cōſilium præſtiterūt [t].

TITVLVS XXXVIII.

DE NAVTIS TYBERINIS.

Qui nauem Tyberinam habet:onus plublicum cogetur ſuſcipere:nec ullo priuilegio excuſatur. Barto.

Imppp. Valent. Theodoſ.& Archad. AAA. I.

QVi nauem Tyberinam [v] habere fuerit oſtenſus: onus reipublicæ neceſſarium agnoſcat.

m Vnctis. quæſtum. qui publice panem quærunt.

n Incerta.qa ignoraī vtrū vere egeant, vel non.

o Inertibus. ſic ſe gerūt,quaſi non habeant artem cum habeāt:& ita fingunt ſe debiles,cum ſint fortes:qa nolunt laborare, ſed mendicando ſine labore viuere.

p Neceſsitas.laborando eo modo quo ſequitur.& dic inferatur per quæſtorē: vt ī auth. de q̄ſtore.

q Proditor,id eſt delator.ſic.ſ.pro quibus cau.ſer.l.fi.

r Plenitudinem. alias leuitudinem.ſcilicet fictam:alias plenitudinē.i. valetudinē.& eſt ſic.ſ.de col. dete.l.fi.Sed cōtra in auth.de quæſto.§. ſi vero.colla.vj.vbi dicit,q̄ ſerui dñis:liberi operi publico mancipantur.Sol.hęc correctur ſecundū quoſdam,vī ibi in ijs qui in ſacra vrbe reperiuntur,quaſi cum eis mitius ſit agendum.VI loquitur de ijs:qui faciūt ſe videri ægros, apponentes herbam vel aliud: per quod tumeſcunt: ibi non ſic delinquunt,ſed ſolum fingūt paupertatem ſeu debilitatē.

† In exempl. Victo. leuitudinem. malim ego, lenitudine.

s Actione.furti & ſerui corrupti: vt.ff. de ſer.cor.l.j.&.ſ. de fur.l.aduerſus.

t Præſtiterunt. ſiue alias facturi non erant:vt.ff.de fur.l.q ſeruo.&.l.ſiquis vxorem.§. neq̄. vel.etiā ſi eſſent,quia non debet laudando augeri malitia: vt.ff. de ſer. cor.l.j. in fi. & fa.inſti.de ob.ex delicto. §.ope. &.ff. de ver. ſi.leg.ſæpe.§.fi.&.ff. man. l.j.§.fi. &.ſ. de muri.l. qui aliquem. &.j.de agri,&.cen.l. omnes profugi.&.ſ. de fabri.l.fi.

Laudibus nō debet extolli malitia.

DE NAVTIS TYBERINIS.

v QVi nauem Tyberinam.id eſt qui nauigat in flumine Romano conuehendo Romam,vel extrahendo ducendo ad caſtra.

Vendi

a Vendicetur. id est separetur, vel remoueatur.

DE FRVMENTO ALEXANDRINO.

b IN æstimatione. præfectus Oriētis statuit munus, id est salariū duobus officialibus, quos elegit ad congregandum frumentū ad ciuitatem Alexandrię & naucleris pro ęstimatione frumenti secūdum quātitatem, quam fieri facerēt, puta pro modio tantū: quod hic imperator cōfirmat, & dicit amodo curiales non eligendos ad hæc officia.

c Elogij. nomina sunt officiorū. & in lib. M. est emendatum debito decreto elogij.

d Officia. in prædictos duos viros.

e Diurnos. Alexandrinę. ab Alexandro, puta magno sic dicta: cui fauetur hæc in alimētis. Item & habet iurisdictionem: vt. ś. de offi. iudi. Alexā. item aliud. vt &. j. tit. j. l. j.

† Vide Alci. hic. Pyrrhus enim hic legit de sitologiæ & sigoistasię munere &c,

f Nemo. priuatus

g Perisichoregiæ. vna dictio. & dicitur perisichoregius & perisichoregia, qui est iuxta regem: à peri, iuxta: & rege. Colligiturergo hoc nomen eius officij & ꝓ hoc effectus: v. ś. de fer. l. à nullo. quia forte male se habuit in congregatione frumenti: & committitur electio præfecto: vt. ś. l. proxi.

h Et tesseræ. scilicet frumētariæ: vt. ff. de iu. l. sed & si. ś. j.

i Censeantur. vt dicantur tesseræ Honorij imperatoris. ad quod. ś. de iusti. co. confir. in fi. &. j. de aquæduc. l. decernimus. in fine.

DE ALEXANDRIÆ Primatibus.

k Corporatos. id est decuriones illius terræ: vt patet ex titulo vel omnibus ciuibus dicit qui omnes sunt primates respectu aliarū ciuitatum.

quodcunq; igitur nauigium in alueo Tyberis inuenietur, competentibus & solidis obsequijs mancipetur: ita vt nulla dignitas, aut priuilegiū ab hoc officio vendicetur[a].

TITVLVS XXVII.

DE FRVMENTO ALEXANDRINO.

Impp. Honor. & Theod. A A. I.

l CLarissimis. Facultatem. facit. s. de ope. liber. l. fin. & c. j. de prępo. fac. cubi. l. fi. & c. j. de consul. l. sancimus. & c. ff. ad muni. l. filij. §. pe.

m SI grauius. Substitutiōe. alias substitutū. alias sub fideiussione, id est, sub custodia militari vel executorū: vt. ff. de custo. reo. l. j. & hic adiunge nobis suggeri iubemus, & hoc superillustribus, id est, dominis, id est, si quis illustris cōmiserit dictum facinus: super cæteris autem &c. & facit. j. de proxi. fac. scri. l. in sacris. circa prin. & c. ff. de pœ. l. diui fratres. §. fina. & c. s. vbi senat. l. quoties. Sed quęritur, an hoc sit innouatū per authen. vt iudi. non ex pec. fac. iuſ. §. j. colla. ix? Respon. nō: quia speciale est in istis: vt ff. de offic. procon. l. si quid. & distinxi. s. de legi. & consti. l. ij.

n Iudicetur. per te præfecte prætorio; sed hæc lex fallit in casu. j. l. proxi. §. inter eos. Accursius.

o QVoties ex priuata. priuatus accusat vel cōuenit illustres.

p Fideiussionis. id est, iudicio sisti, licet immobilia non possideat. sic infra de prin. agen. in rebus. l. multis. et institu. de satisd. §. sed hodie. & j. de pri. scho. l. fi. circa fin. & c. s. de epis. & cle. l. cum clericis. §. j. sed ibi nec iurat. regulariter cōtra: vt. ff. qui satisd. cog. l. sciendum.

q Absuerint. per d. s. alibi: sed p b. plānū est. s. de epi. audiē. l. si quis ex consensu.

r Ordinabit. mittēdo i pos. rei petitę, vel oīm bonorū olim, vel ꝑ mēsura debiti hodie: vt. ff. q. ex cau. i pos. ea. l. j. & in auth. de exhi. §. si vero q. dā. Vel si def definitiua cōtra eū absentē cōtumacē, fit missio ꝑ l. properandū. §. sinaūt. nā et lite cōtest. pōt abesse, et nō sisti iuri

Spolien

a Spolientur.ipso iure,vt subiicit.

b Priuatos.ipso iure. Nam est infamis: quia contra promissionem & contra sacramẽtũ venit: vt.ŝ. de trãsac.l.si quis maior.ergo ipso iure desinit: vt.ŝ. de decurio.l.infamia. &.ŝ.e. l.ij. secus vbi contra iuramẽtum tantum: vt.ff. de infa.l.Lucius.

Infamis est, qui sponsiones suæ contravenit.

c Inconsulta. hoc est speciale contra superiorem.l.proximã vbi principi refertur sentẽtia.sed hoc propter periurium.& facit.j.de lucris ad.l.iij. & de curiosis.l.pen.

d Exercere. quę seueritas est lite nõ cõtestata,vt bona aduocentur:vt.ŝ.de requireis. sed lite contest. pecuniaria pœna,vel quæ æstimationem contingit,infligi potest:vt.ff.de pœ.l.absentem.§.j.

e Priuilegijs. de satis.vitanda.

f Sententia. commonitoria.sic.ŝ.de epis.& cle.cũ clericis.

g Conuẽtionem. regulariter iure isto potest fieri conuẽtio in scriptis & sine scriptis:vt.ff.de eden.l.j. §.j. nisi in hoc casu vbi libellus ĩ scriptis est dandus,vt hic:hodie regulariter idem: vt.ŝ. de lit. contesta. auth. offeratur. Sententia autem olim & hodie in scriptis ferẽda erat,nisi ĩ casibus: vt.ŝ.de sen.ex breui. recĩ.l.ij.& in authen. nisi.& facit.j.de proxi.sac.scri.l.penul. & de prin.agen. in re.l. fi.&.ŝ.de man. prin. l.j. Accursius.

Sententia in scriptis est ferenda.

h IVbemus. Honore. honor est illi,quẽ princeps vocat vel reuocat. & facit. ŝ. vbi de cri. agi oportet. authen. qua in prouincia. in fine.

i Gerentibus. qui dignitatem cũ administratione habent.

k Honorarijs.sine administratione.

l Consensu. vel etiam sine cõsensu: vt ŝ.e. l.clarissimis. quæ est contra. Vel dic aliud consensum:quia ad petitionem volentis ire,aliud commeatus.

m Comitatum.nostrum.

n Sine sacra.sed cum venerit,non recedat absq; licentia:vt.ŝ. de decu. l.si quis decurio. Item contra.ŝ. de offi.re. puin.l.nullus.Solu.hoc perpetuis. ar. ff.si cer.peta. l.præsidis. Item facit j.de silen.l.iij. Accur.

o DE PRÆtoribus &c.

Alias præturæ,alias præfecturæ, alias prętoriæ:vt pro eodem ponat.

† Pholim fortè: inquit Alci. hic, simul & locũ hunc totum pulcherrimè explicat.tu illum videto.

p Et collatione. scilicet sublata. Et not. quod quædam speciales functiones erant, quas hic remouet.

q NEmo. Ad præfecturam.scilicet prætoriam. nam tãtum de vrbe debet eligi:vt.ŝ.de offi.prę to.l.tres.

r Tutus. not.sic.ff. de in ius vo.l.plerique. & de leg.j.l.nemo.& de iniur.l.qui domũ. Accursius.

s GLebam. alias deest glebam vel follẽ: & incipit, siue &c.

t Huiusmodi collationem. scilicet aliam à cẽsura capitis & iugatione terrarũ, vt.ŝ. de colo. Thracen.l.j.in prin.&.ŝ.si ne cẽ.l.vlt.& de allu. l.ij qui. & facit. ŝ. de ca. ci. cen. exi.l.j. Sed contra. ŝ. de meta. l. per singulos.Solu.vt ibi.

DE CONSVlibus &c.

NTiqui tus.Honoratos. s.cõsules. Et not. quod trabea est vestis consularis, qua etiam imperator vtebatur:& ideo se consulem vocabat secundum Al. vt in authẽ. de consu.in fin.titu. coll. iij. ibi, aduenit autem cum ipse annuerit trabea &c.

Trabea quid sit.

x Anteire. in eundo, loquendo, decernendo: vt.j.titu.j.l.j. &.ij.& de proxi. sac. scri. l. vnicuiq;. &. j. de primi.l.vlti. &.ff. de albo.scri.l.j.§.et inter. Accursius.

y Auspicia. Ab initio, post tamen adempta.

criminalibus verò negotijs dignitate quoque, qua se per suum videlicet periurium indignos esse probauerint,spolientur[a]: vt in eos, vtpote illustri dignitate per suum facinus priuatos [b], inconsulta[c] etiam nostra pietate, iudicibus legum seueritatem liceat exercere[d]. Quibus illustrium dignitatum priuilegijs [e] hoc etiam adijciendum esse censuimus, vt huiusmodi personæ nullam ex cuiuslibet iudicis sine scriptis habita sententia[f],conuentionem[g] neque in ciuili, neq; in criminali causa sustineant.

Vocati per principem ad aliquam maiorem dignitatem uel minorẽ, possunt de urbe & de proumcijs absq; licentia principis comitatum adire.Bartolus.

Imp.Iustinianus A. XVIII.

IVbemus saluo honore [h] qui per reuocationem sacrę reuocatoriæ defertur, durante:licere cunctis tam minoribus,quàm maioribus potestatem gerentibus[i], necnon etiã honorarijs [k] illustribus: siue ex hac regia vrbe, principali videlicet præcedente consensu[l],profecti fuerint,siue in prouincijs habitantes sacratissimum (suis scilicet poscẽtibus negotijs)petere maluerint comitatum[m]: sine sacra[n] quoq; reuocatoria ad hanc regiam vrbem peruenire.

TITVLVS II.

DE PRAETORIBVS°, ET HONORE præturę,& collatione[P],& gleba, & claui,& folli,& septem solidorum functione sublata.

Ad dignitatem prætoriam non potest eligi aliquis in clarissima dignitate constitutus in prouincijs manens.Bartolus.

Impp.Arcad.& Honor.AA. I.

NEmo ex clarissimis, & spectabilibus,qui in prouincijs degũt, ad præfecturam[q] postea deuoce tur:sed maneat vnusq;q; domi suæ tutus[r] atq; securus,& sua dignitate lætetur.

Istæ tres functiones publicæ, quæ olim præstabantur.s.gleba,follis,& vij.solidorum,tolluntur,ut nullatenus præstentur.

Idem AA. II.

GLebam[s] vel follem† siue. vij. solidorum functionem, siue quanlibet huiusmodi collationem[t] tam circa personas, quàm circa res ac prædia funditus iubemus aboleri: vt omnis huiusmodi sopita perpetuò conquiescat exactio.

TITVLVS III.

DE CONSVLIBVS, ET NON SPARgendis ab his pecunijs, & de prefectis, & magistratibus militum,& patricijs.

Inter habẽtes eandem dignitatem ille prius debet antecedere,qui prius est adeptus dignitatem: etiam si posterior eandem fuerit consecutus pluries:si tamen priori consulatu patriciatus honorem fuerit consecutus, post cum qui est in consulatu posterior: & in patriciatu prior hoc casu præfertur.Bartolus.

Imp.Valentinianus A. I.

NTiquitus statutũ est consularibus viris cæteros quidẽ honoratos [v] ipsius trabeæ summitate,pares verò insulis, consideratione tantùm temporis anteire[x]. Quis enim in vno eodẽq; genere dignitatis prior esse debuerat nisi qui prior meruit dignitatẽ: cùm posterior etiam si eiusdem honoris prætẽdat auspicia[y],cedere tamen illius temporis consuli debeat, quo ipse non fuerit? hoc obseruando & si iterata vice fastigia cõsulatus aliquis ascenderit. Repetiti [z] etenim fasces virtutes sæpe meriti comprobant, non augent: quia nihil est altius [a] dignitate. Quòd si quis prior consul posteriori cõsuli eidemq;

s GLebam. alias deest glebam vel follẽ: & incipit, siue &c.

† Pholim fortè: inquit Alci. hic, simul & locũ hunc totum pulcherrimè explicat.tu illum videto.

t Huiusmodi collationem. scilicet aliam à cẽsura capitis & iugatione terrarũ, vt. ŝ. de colo. Thracen.l.j.in prin.&.ŝ.si ne cẽ.l.vlt.& de allu. l.ij qui. & facit. ŝ. de ca. ci. cen. exi.l.j. Sed contra. ŝ. de meta. l. per singulos.Solu.vt ibi.

v Ntiquitus.Honoratos. s.cõsules. Et not. quod trabea est vestis consularis, qua etiam imperator vtebatur:& ideo se consulem vocabat secundum Al. vt in authẽ. de consu.in fin.titu. coll. iij. ibi, aduenit autem cum ipse annuerit trabea &c.

Trabea quid sit.

x Anteire. in eundo, loquendo, decernendo: vt.j.titu.j.l.j. &.ij.& de proxi. sac. scri. l. vnicuiq;. &. j. de primi.l.vlti. &.ff. de albo.scri.l.j.§.et inter. Accursius.

y Auspicia. Ab initio, post tamen adempta.

z Repetiti.id est,sæpe meruit dignitatem consulatus. & facit.ŝ.de asses.l.liceat.

a Altius.hyperbolice: quia Deus est altior.vel sub.inconsulte.Accur.

te. Accursius.

a Posthabitus. postponit enim prior consul, quando sequens sit patricius, cū maior sit consule: vt j.e.l.nemini, sed si tūc primus fuit et ipse patricius recupat prioritatē extunc, & hoc dicit. Alij dicūt p̄ferri eū, q primo patriciatū licet postea consulatū meruit. & sub audiūt oportet. ſ. ab eo qui prior &c. sed secundū eos male adueſaretur quis &c. Itē hic versus, postq̄ iste &c. male staret.

† Lege Impera. Martianus Aug. testimonio nouellæ cōstitutionis. i cy. q̄ de cōsul. scripta est.

b Ordinē. Sellam. i. sedē cōsulis, quæ est nostra: quia ei damus. sic. ff. de postulan. l. j. ſ. refert. Accursius.

c Parentum. i. consuiū q patres debent esse deuoti: vt ī auth. iusiur. qd' p̄sta. col. ij,

† affectu

d Conspiciant. agmina populorū.

e Cęteros. futuros.

f Patimur. corrigitur hic, quod est inſt. de re. diui, ſ. hoc amplius. sed etiā hoc hodie corrigitur: vt in voluntate eorū ponitur spargere vel non: præter aurū, qd' soli principi licet spargere: vt ī auth de cōsu. ſ. spargere. col. iij.

† Ex his verbis not. Ioā. de pla q̄ dare ignoranti, est perdere.

Aurum spargere & continere solus princeps potest.

g Centena. facit. j. eo. l. nemini. &. l. sancimus.

h Patriæ. vrbē vocat patriam. Accur.

i Nemini. Anteponitur. imo præfect. vrb. anteponitur: vt. ſ. de offi. præfec. vrb. l. præfectū. et. ſ. de offi. præfec. vi. l. j. quę sunt cōtra. Sol. p̄fectus ante ponit dignitatibus de vrbe tm̄: sed patriciatus etiam extra vrbem habet locum.

k Actu. vt. j. vt dignit. ordo serue. l. ij.

l Dignitatem. sed illustribus viris permittebatur patriciatus codicillos accipere: quāuis huiusmodi dignitatibus non fuerint primo decorati: vt in nouel. de ordi. ſe. vbi etiā dicit præfectum vrbi prę esse patricio.

m Orbis terrarū. ff. de leg. & sena. l. de quibus. &. ſ. de vete. iur. enu. l. j. ſ. sed & si qs. & ist. de satis. in fi.

patricio posthabitus[a] patriciatum postea cōsequatur: vinci eū oportet, q prior meruerit p̄riciatū, postq̄ iste honore patricię dignitatis decoratus est.

Consules hodie prohibentur per orbem spargere pecuniam: ne cupiditate lucri populus eos sequatur, sed eorum meritis: & quod pecunia, quæ per eos iactabatur, expendatur in opus aquæductus: & quilibet consul expendere debet c. auri pondo. Bart.

Imp. Leo A. † II.

Ordinē consulatus ad antiquam reducimus sanctionem, vt sellam[b] nostrā honoris merito, nō rapiendi studio populorum agmina sectē tur: ac lucrandi cupiditate deposita, venerabilē parētū[c] habitū, & felicissima antiqtatis ornamēta cōspiciāt[d]. Hoc ergo exēplo etiā cęteros[e] ꝓcedere cōsules volumus: nec expē dere eos sine effectu † patimur[f]. Cessante ergo ista spargendi vilitate, amplissimi cō sules ꝓcedētes deinceps absti neāt hoc errore perdēdi †: optimoq̄ cōsilio operi necessario ꝓficiat, quod erat incōpetēter ꝓficiendū. Ad restaurationē itaq̄ aquęductuū huius amplissimæ vrbis cētena[g] pō do auri præstentur per singulos cōsulatus: vt & consul patriæ[h] se dedisse nouerit, & data notū sit mēsura esse ꝓpetuò.

Nullus eligi potest patricius nisi primò alteram dignitatum hic insertarū fuerit adeptus, item habens dignitatem consularem absque administratione, in opus aquæductus expendere debet centum pondo auri. Bart.

Imp. Zeno A. III.

Nemini ad sublimem patriciatus honorem (qui cæteris omnibus anteponit[i]) ascendere liceat, nisi prius aut consulatus honore potiat, aut præfecturę prętorię vel Illyrici: vel vrbis administrationē, aut magistri militū aut magistri officiorū ī actu[k] videlicet positus gessisse noscat: vt huiusmodi tantū p̄sonis: siue adhuc administrationē gerēdo, seu postea, liceat, quando hoc nostræ sederit maiestati, patriciam cōsequi dignitatē[l]. Qm̄ verò glorioſissimę huic vrbi, quæ caput orbis terrarū[m] est, omnifariā credimus consulendū: vniuersos, q posthac honorarij cōsulatus īsignibus principali munificentia decorant, c. lib. auri ad reficiendū aquę ductū publicū ministrare censemus[n]: ad similitudinē eorū, qui per annale[o] tempus cōsularium editione munerū gloriātur. Nam ipsis quoq̄ expedit, vt florentissima ciuitas. c. auri librarum munificētia sustentata, honorarium quoque sentiat[p] consulatum.

Si cui conceditur administratio dignitatis diu antè concessæ, non uidetur de nouo dignitas cōcedi: imò illis potietur honoribus, quibus potiretur, si eidem ab initio administratio concessa fuisset: nec soluet. c. lib. auri in opus aquæductus, si tempore dignitatis concessæ soluit. Bar.

Idem Augustus. IIII.

Sancimus viris excellētissimis cōsularibus omnibus, qui iam facti sunt, vel postea fuerint, procedēdi[q] quoq̄ & re ipsa[r] per annū gerēdi cōsulatus, īpetrato videlicet principali iudicio, legitimā tribui facultatē: ita, vt peracta quā meruerint processione, nō nouum aliqd, vel quod nōdū habeant, adipisci, sed consulatus ius, quod semel eis consularis detulerat processio[s], iterasse[t] bñficio videant: et in adorāda nostra[v] purpura, vel in consequēdis cūctis cōsulū honoribus et priuilegijs ex anteriori tēpore ꝓuectiōis ordinē sibimet nouerint vēdicādū. Hoc etiā obseruādo, vt hmōi cōsul nec. c. libras auri aq̄ductibus huius inclytæ ciuitatis pro tenore sacræ cōstitutionis[x] præbēdas, quas cū esset cōsularis, præstiterat, cōsul postea creatus persoluere denuò[y] cōpellatur.

n Censemus. ſ. l. proxi. &. j. l. proxi. et separatus arcarius debet eligi, q hoc custodiat: vt. ſ. de aquæ duc. l. hac lege.

o Annale. sicut p̄stat. c. lib. auri qui per annū impetrat vt sit consul in actu: vt. j. l. proxi. sic qui fit consularis: id est, vt dignitatem habeat sine administratione.

p Sentiat. ſ. ciuitas.

q Sancimus Procedendi. vt impetret per annū etiā administrationem.

r Et re ipsa. id est, etiam ipso actu.

s Processio. scilicet per annum: & alias est professio.

t Iterasse. primo consularis factus consul in actu nō est plus q̄ cōsul. & facit. ſ. l. j.

v Nostra. id est, nos purpura vestitos: & dicitur adorari cum salutat: vt. ſ. de fab. l. ñ. ī quo est ordo, &c.

x Sacræ constitutionis. ſ. l. proxi. sed si ante non fuisset cōsularis, & sic non sol uisset: nunc impetrās consulatum per annum solueret: vt. ſ. l. proxi. in fin.

y Denuo. sic. ff. de reg. iur. l. bona.

z Sancimus. Prę stitis. id est, præsentatis sibi literis electiōis ad patriciatū: vt hic, & inſtit. quib. mod. ius pat. po. sol. ſ. filius familias. sic est & in quibusdā alijs. quod dic vt. ſ. de decu. l. fin. & in authen. consti. quæ de digni. ſ. generaliter. col. v.

a Minui. quia quodammodo essemus in po

Filius familias electus in patricium, à patria potestate liberatur. Bart.

Imperator Iustinianus A. V.

Sancimus viros excelsos patricios, quos in huiusmodi dignitatis apicē Augusta maiestas retulerit, ilico ab impialibus codicillis p̄stitis[z] patres fa. effici, ac ptāte liberari p̄na: ne videant q à nobis loco patris honorantur, alieno iuri esse subiecti. (Quis em̄ patiat patrē quidē posse p emācipationis modū suis nexibus filiū relaxare: imperatoriā autē celsitudinē nō valere eū, quē sibi patrē elegerit, ab aliena eximere ptāte?) ne si cōtrariū approbet p q̄cūq̄ machinationē imperialis maiestas minui[a] videatur.

in poteſtate patricij patris, quaſi aui.

a Satis. licq; parum lædunt patres: quod ſecus eſſet in conſule: vt. ff. de vſucap. l. iuſto. & tamen in conſule eſt idem hodie: vt in. d. authen.

b DE PRÆFECtis &c.

Omnes iſtos dicit eſſe pares.

c PRęfectũ. Indiſcretæ. id eſt, non diſcretæ ſeu ſeparatæ, ſed æqualis dignitatis.

d Vſq; adeo. id eſt adeo hoc eſt verum.

e Ad priuatam. alias à priuata: & eſt plana. alias ad priuatam. & tũc dic, quod retineat aliquem effectũ dignitatis: vt. j. l. proxi. & fa. ſ. tit. j. l. j. & ſ. qui po. in pign. ha. l. ſi fundum. & de lo. prę. ci. l. congruit.

f QViſquis. Geſſerit. id eſt, geſtionem cõpleuerit. idẽ ſi non compleuit, antequã alius prefectus eligeretur. ſic æquiparat magiſtrum iſtum præfecto, vt q prior fuerit preferat. in hoc enim eſt ſimilitudo.

g Ex præfectis. i. ĩſs, q poſt magiſtratum fuerint electi & deſierunt, præferatur magiſter in ĩſs, quę ſe quunt. Et no. eos retinere effectũ dignitatis. ſic. ſ. de aduo. di. iu. l. petitionẽ. §. egredietẽ. & j. tit. j. l. j. & ſ. de exc. mu. l. eã. et. l. maximarũ. in fi. & j. de priui. e. q ĩ ſac. pa. l. ĩ. in fi. & l. fi. Dic ergo qd hic fuerũt puecti, ſed deſierunt[a], alias ſecus: vt. j. de primi. l. ĩ. in fi. & facit. ſ. l. pxi. cũ ſuis concor. Alĩ dicũt puecti de nouo: vt & ſ. tit. j. l. j. ſed & habent neceſſe dicere, quod deſierũt per. l. j. vt dignit. ordo ſerue. l. ĩ. §. ſed ad miniſtratores.

DE PRÆPOſitis ſacri cub. &c.

h SAcri. Diſcretio. i. differentia. fa. ſ. tit. j. l. j. & ĩ. & ſ. tit. ĩ. l. j.

Et hoc quidem raro contingere ſatis[a] certũ eſt. nemo enim facile reſpexit filiũſa, in patriciatus honorem prouectum, quẽadmodũ in cõſulibus hęc res vſitata eſt: ſed ne qd in parte tẽporis tale eueniat, & ſine legibus inueniatur, ideo hæc nobis viſa ſunt facienda.

TITVLVS IIII.

DE PRAEFECTIS PRÆTORIO SIVE vrbi[b], & magiſtris militum in dignitatibus exæquandis.

Præfectus urbi, & præfectus prætorio, & magiſter peditum uel militum, licet habeant dignitates diſtinctas: tamen omnes ſunt paris gradus: & ille præfertur, qui primo fuit in dignitate electus. Bartolus.

Imp. Valentinianus A. I.

PRæfectum vrbi, & præfectũ prætorio, & magiſtros equitum ac peditum, indiſcretę[c] ducimus dignitatis: vſq; adeo[d] videlicet, vt cùm ad priuatã[e] ſeceſſerint vitam, eum loco velimus eſſe potiorem, qui alios promotionis tẽpore & codicillorum adeptione præceſſerit.

Dignitate depoſita per plures ut pari gradu dignitatis exiſtentes, ille eſt potior, qui prior fuit in dignitate electus. Bart.

Imp. Leo A. II.

QViſquis magiſteriũ æq; tum peditumq; ſuſcepe rit, & geſſerit[f] ante captam à quoquam præfecturã: is cùm priuatus erit, & honorem depoſuerit, ex prefectis[g], qui puecti fuerint, præferatur. Sit igitur ſedes prior antè proue ctis, locus conſpectior, decernendi loquẽdiq; facultas antiquior, cui eſt ſplendor adepti magiſtratus vetuſtior.

TITVLVS V.

DE PRAEPOSITIS SACRI CVBICVLI, & de omnibus cubicularĩs, & priuilegĩs eorum.

Cuſtodientes cubiculum principis uel Auguſtæ eandem dignitatem habẽt, quam præfectus urbi, & præfectus prætorio, et magiſter militũ: & hac dignitate depoſita nulla eſt inter eos diſcretio, ſeruata tamẽ reuerentia tẽporis. Bart.

Impp. Arcad. & Honor. AA. I.

SAcri cubiculi prepoſiti ea dignitate fungãtur, qua ſunt pditi, qui eminẽtiſſimã prætorianã vel vrbanam meruerint prefecturam, aut certè militarẽ magiſteriã poteſtatem: ita, vt ſit inter eos poſt depoſitas adminiſtrationes nulla diſcretio[h]: ſiue noſtræ ſerenitatis adoraturi admittantur imperium, ſiue pro ſuo arbitrio ſolennes feſtiuitates[i] et cœtus vel ſalutatiões[k], vel quælibet alia officia frequentant: vt in ſedibus[l] & in cõſeſſu[m] eis ordo ſeruet, quẽ ordo prouectionis oſtẽderit: ſub habitu videlicet ipſis conſueto: cùm manifeſtè decretũ[n] ſit eum eſſe potiorem, qui prę ceſſerit, vel illũ ſubſequi, quẽ recentius probauerit examẽ.

Cubicularij principis etiam antequam ad dictũ officiũ obligentur, gaudẽt immunitate munerum extraordinariorũ, & finita dignitate nõ recipiunt hoſpitẽ inuiti: & præſides contrariũ facientes, pœna hac lege inſerta puniuntur. Bartol.

Impp. Theod. & Valentin. AA. II.

HAc noſtrę mãſuetudinis æterna lege ſancimus vt oẽs cubicularĩ, qui de noſtro cubiculo exeunt[o], antequã[p] primũ locũ[q] obtineant (excepto[r] caſtrẽſi & comite domorũ) his priuilegĩs pfruantur, vt nec poſſeſsiones eorũ angarias[s] ſiue perangarias vel etiã parauerẽdos in poſterum diſpoſitione tui culminis vel alicuius calũnia dare cogãtur, ne ſordidis adſtricti muneribus, decus miniſterĩ, quod militãdo videbant adepti, otĩ tẽpore & quietis amittant. domos quoq; eorũ vel in hac ſacratiſſima vrbe, vel in qualibet alia poſitas ciuitate, ab oĩ hoſpitũ cuiuslibet dignitatis inquietudine vindicamus[t]: puincia rũ rectoribus, eorũq; apparitoribus denarum lib. auri diſpendio feriendis, ſi manſuetudinis noſtræ ſtatuta diſſimulare, & ex aliqua parte violare tentauerint.

Cubicularij principis & Auguſtæ non cogantur reſpondere niſi coram officiorum magiſtro. Bartolus.

Imp. Martianus A. III.

CVbicularios[v] tã ſacri cubili mei, quã venerabilis Auguſtę, qs vtroſq; certũ eſt obſequĩs occupatos, et aulę penetralibus ĩhęrẽtes, diuerſa iudicia obire[x] nõ poſſe: ab obſeruatõe aliorũ tribũ aliũ liberamus, vt ĩ ſublimitatis ſolũmõtuę iudicio ppoſitas aduerſuſe excipiãt actiões.

a Arg. contra gio. non ſolu. hoc arg. quod facit de legat. ij. ff. de iudi. vbi legati finito officio legationis, poſſunt euenire. ſed ſol. ſecundum Ioan. de Pla. quod legatus non habet dignitatẽ, ſed potius officium. & ſic de poſita legatione, non remanent reliquæ dignitates.

i Feſtiuitates. i. feſti conuentus, qui fiebãt in maio. Et dicebãtur conuiuia: vt. ſ. de pag. & ſa. l. vt profanos. vel ĩ maiuma. vt. ſ. de maiu. l. vnica. lib. xj. Accurſius.

k Salutationes. iudicum forte: vt. j. de proxi. ſac. ſcri. l. ĩ. & ſ. de offic. diuer. iu. l. vlti. Accurſius.

l Sedibus. ſic. ſ. de ſac. ſan. eccleſ. l. decernimus.

m Conceſſu. vt. ff. de albo. ſcri. l. j.

n Decretum. ciuium vel ſenatorũ vel curiæ.

o HAc noſtræ. Exeunt. quia finierunt officium, et tamen retinent priuilegium, quandiu viuunt, vt hic, &. ſ. de excu. mu. l. eos. & l. maximarum. in fi.

Priuilegium officialiũ dignitate finita nõ perditur.

p Antequam. ſub audi etiam.

q Locum. ſ. cubicularĩ. ad qd poſſet reeligi: vt. ſ. de cõſu. l. j.

r Excepto. excipit duos palatinos, qui non habent immunitatem infraſcriptam, quinimo nullus habet, niſi qui. l. aliqua ſe habere oſtẽdat: vt ſ. de exc. mu. l. maximarum. in prin.

s Angarias. id eſt, munus ſordidum.

t Vindicamus. i. excipimus. & facit. j. de proxi. ſac. ſcri. l. in ſacris. & ff. de mu. & hono. l. vlti. §. patrimoniorum.

v CVbicularios. hic merito dicũtur penetralia, quia nullus audet penetrare. P.

x Obire. i. ſubire, & loquit magiſtro officiorum, cui hæc conſtitutio mittitur. & facit. j. de ſilẽtia. l. ne ad

ne aduersa. &. ff. de castr.l.iij.& de agen. in re.l.iiij.&.§. vbi se. vel cla.l.quoties.&.j. de pri.sch l.ij.nec ob. §.vbi de cri.ag.opor. auth. qua in prouincia.ibi,nullo priuilegio &c.quia nō erat ibi insertum in iuris corpore.

a Iubemus. subaudi vt omnes &c.

b Cuiuspiam. scilicet domini serui.

c Rapiātur.ex hac l.vt in auth.de mo.§.ij.col.j.

d Mortuos.i.morientes.vel proprie.s. valeant eorum testamenta.Et not.hic ar. ad id quod habetur insti.de le.Fu.ca.tol.

e Duntaxat. scilicet morientes.

f Sine legitimis. vt.s.de bon.va. l.vacantia.

g Dederit. scilicet dominus.

h Iudicium. vt magistri officiorum: vt s.l.proxi.

i Eum.repete interpellare.& no.probauerit:qa ,pbat ignorantiā. & sic est contra.ff.de proba. l.verius.Sed dic qd' probat eoipso quod nō probat contrariū.sic j.qui mili.non poss.l. super seruis. &.s. de peric. tuto.l.si tutor. sed vbi scit,presumit quod voluerit eū fieri liberum:vt.s.de episc.& cleri .authē. si seruus.& de proba.l. cum precibus.

k Calumniandi. ar.ff.de accusat. l.alij.

l Denegetur. sic s.ne de sta.defun.per totū.&.s.de tabe.l.ij.

m Iubemus. Cōiugis. vnus vni, alter alteri cubiculo preerat:super quibus alij plures erant:vt.s. l.proxi.in prin.

n Sociati. per electionem cum certum erant numero: vt.s. de pe.hære.l.fin. Vel dic eoipso, quod illustres erant: & sic largius dicuntur senatores: vt.ff.de sena.l.fi. §.fin.

o Cingulo. ense forte.sic est speciale. regulariter contra: vt s. vt armorum vsus. l.j.& in authen.de armis. Vel dic cingulo i.titulo dignitatis,id est, carruca: vt. s. de

Si dominus principi seruum suum cubicularium obtulit: ilico talis seruus libertatē adipiscitur,& ea utitur inter uiuos & in ultima uoluntate: & eidem ab intestato succeditur per agnatos & cognatos:quibus deficiētibus fiscus eius bona occupat tanquam uacantia.si autem domino ignorāte uel inuito cubicularius factus sit,intra quinquennium cum peculio uendicatur:& prædicta etiam ad cubicularios extenduntur.Bartolus.

Imp.Leo A. IIII.

Iubemus [a] omnes, qui vel iam in sacrū cubiculum cuiuspiam [b] liberalitate donati, aliōve titulo dati vel dandi principalibus obsequijs inhærere vel antè meruerunt, vel postea meruerint, licet nulla interueniente scriptura, nulla confectione gestorum, post quam deuotissimis cubicularijs fuerint sociati:ad cōditionem libertatis ingenuitatisq́ rapiantur[c],raptiq́ videātur: hoc non solùm circa superstites, sed etiam circa mortuos[d] volumus custodiri. Nā cùm hoc priuilegium videatur principalis esse proprium maiestatis,vt nō famulorum, sicut priuatæ conditionis homines,sed liberorum honestis vtatur obsequijs: periniquū est eos dūtaxat[e] pati fortunæ deterioris incōmoda:sed et testamenta quidem ad similitudinem aliorū, qui ingenuitatis infulis decorantur,pro sua liceat eis condere volūtate:in testatorū verò nemo dubitet facultates, vtpote sine legitimis[f] successoribus defunctorū fisci iuribus vendicari. Et hęc omnia tūc diligenti obseruatione volumus custodiri,cùm spōte suaq́ volūtate quis dederit[g] eunuchum sacri cubiculi ministerijs adhæsurū. Si verò quidam fuerit violenter extortus,aut inuito domino vel ignaro intra sacrum ausus sit militare cubiculum: liceat domino destinatū sacra ex lege cubicularijs interpellare iudicium[h];& eum[i],quem probauerit nolente se vel inscio sacrum penetrasse cubiculū, vt suum famulū cum peculio cōsequatur. Sed & sicut lęsis implorandi præsidij facultatem denegari nō conuenit: ita nec calumniandi [k] viam patimur diutius esse patefactā. Ideoq́ tempus quinquennij præfinimus,intra qd' contra eos suas debeāt exercere quæstiones: vt si medio tēpore mouere distulerint, vlterius eis tāquam in suum famulum vendicādi, vel eius vt serui peculiū, vel bona quasi liberti,copia denegetur[l]. Hęc omnia,quę super deuotissimis cubicularijs sancimus,etiam ad cubicularias, quæ à dn̄is in sacrū cubiculū datæ vel dandæ sunt,superstites atq́ mortuas extēdi propagariq́ decernimus.

Cubiculariæ etiā dignitate deposita cū uadunt extra urbē,poterūt uti cingulo dignitatis.Bar.

Imp.Anastasius.A. V.

Iubemus duobus viris illustribus præpositis vtriusq́ sacri cubiculi tā nostræ pietatis,quā serenissimę nostræ cōiugis[m],qui post finitam militiam senatorio fuerint consortio sociati [n], licere quoties ad aspiciēdos agros suos,vel ob aliam causam proficisci voluerint,cingulo[o] vti: cùm hoc ad implendum eorum desideriū, & ad nullius læsionem respicere videatur.

DE QVAESTORIBVS, ET MAGIstris[q] officiorū,& comitibus sacrarum largitionum, & rei priuatæ.

Qui in administratione publicorum officiorum se bene gesserunt,debent clamorosis uocibus populi commendari.Bartolus.

Impp.Arcadius & Honorius AA. I.

Qui ex quęsturę[r] honore, aut officiali magisterio, aut comitiua vtriusq́ [s] ærarij nostri, attonito[t] splendore viguerunt[v]:acclamatione[x] excipiantur[y] solita:nec prætereantur,vt incogniti.

TITVLVS VII.

DE PRIMICERIO[z] ET SECVNDICERIO ET NOTARIIS.

Notarij principis licet senectute deposuerint officium,aut maiorem dignitatem fuerint adepti:non ob hoc notariorum nomen perdunt.sed notariorū & dignitatis secundæ retinent priuilegia: nec possunt esse discussores, aut peręquatores,aut similem dignitatem cum administratione habere.Bartolus.

Imp.Leo A. I.

Præcipua est nostræ pietatis intentio circa notariorum nomen:

hono. vehi. l.j. & facit.s.de dignitatibus. l.clarissima.

p Videatur. sic. s. de preci.imper. offe. l.rescripta.&.ff.de sena.l.vlti.in prin.

q DE QVÆstoribus &c. Officia istorū sunt: vt.s.de offi. quæsto. cū tribus sequēt.tit.

Qui ex quæsturæ. Duæ sunt partes.

s Vtriusq́. scilicet fisci & rei priuatæ.

t Attonito. id est, terribili.

v Viguerunt.i. si bene gesserunt, vt tā quam tunc ab omnibus cōmendent. Ac.

x Acclamatione. Viuat talis:vt faciūt Romani de papa: & etiā prēconū: vt.s.de offic.rec.,puin.l.iij.et in auth.vt or.prę.§.j. coll.v. Alij dicūt,qd' isti excipiunt ab alijs qui cōmendantur, si alias tacita reuerētia præbeat eis:vt subijcit.quod non placet.

y Excipiantur. i. recipiantur cum laudibus populi.

z DE PRIMICErio & se. &c. Id est * de eo q primò scriptus est in matricu la notariorū. & q pri mū locū obtinet M. secūdicerius qui secūdū:ad quod.j.de dome.l.vlti.& notarijs, id est, cæteris postea scriptis. Alij dicūt & ,p id est: nā idē est secūdicerius, quod primicerius secūdū eos. Vel dicitur primicerius, q primò portabat cereū in aliquo festo,& erat in dignitate, quia spectabilis: vt infra. l. pxi.

Præcipua. Quiete.

* Tu in hoc titul. videto Alci.hic: quo niā Acc.prorsus nugatur.

a Quiete. i. in quietẽ. ad quod. ſ. de epiſc. & cle. l. decernimus.
b Poſuerint. id eſt, depoſuerint.
c Vſi ſunt. de facto.
d Compendium. quaſi non honorem: vt. ſ. de decur. l. j. & facit. ſ. de dig. l. iij. cum concor.
e Vel. pro etiã. dic ſi qs aſſenſus temerarius extiterit: & ſub. imponendo diſcuſsi. &c. q. d. ſi notarius receperit dignitatẽ. & ſic inquietauit legem iſtam. Accurſius.
f Leuis. etiam ſi in leui re exerceat officiũ, punitur arbitrio iudicis: vt hic, & ff. de pœ. l. ſanctio. et de ponitur vt ſubĩcit. & no. quod pro paruo delicto pœna magna imponitur. ſic. ſ. de lib. & eo. lib. l. ij. & de hære. l. ij. Accurſius.
g Corpus. id eſt, corpus officialium inter quos iſte cœperat numerari, minuitur iſto extincto, id eſt, depoſito. vel habeas minuetur, ſcilicet per electionem alterius iſto relicto. Et dic quia iſti ſunt notarij, qui dignitates non poſſunt habere: vt no. ſ. in titu. de tabu. item hoc durante officio, alias ſecus: vt. j. l. proxi. in fine.

Pœna grauis pro delicto paruo imponitur.

† No. hic Io. de plat. q. dicitur ille extinctus, & mortuus, qui ab aliqua dignitate vel officio cum dedecore remotus eſt. Et eſt arg. ſecundum And. q. iudex recuſatus loco mortui habetur.

h PRæclaram. Militiam. inermem.
i Tribunorum. id eſt, primicerioruũ: ſic dicti, quia tribuũ ſuffragio eligebantur. qui ſcilicet tribuni: vel qui ſcilicet notarij.
k Nonnihil. id eſt, multũ: vt. ff. de verb. ſign. l. duobus.
l Beneficiorum. quatuor enim priuilegia dat eis per hanc l. primo, vt primicerius eorum tantum duobus annis teneatur ſtare in officio, ſecundo, quod à quibuſdam muneribus eos excuſat: tertio quia præfert eos aliis poſterioribus: quarto, quia finito officio habent aliam dignitatem.

Primiceriũ quatuor priuilegijs donatur.

m Statuendas. vt &. ſ. de off. præ. vrb. l. primicerius. Sed cõtra. j. de nume. l. ij. & l. fina. Solu. ibi in notarijs: hic in primicerijs tribus.
n Hos autem. hic magis pœnam, quam præmium eis donat,

atq; ideo ſi vnquam huius ordinis viri laborem quietè[a] mutauerint, vel abiecerint, vel ſenectute poſuerint[b], ſeu cum alia dignitate poſthac qualibet vſi ſunt[c], nõ omittãt prioris vocabulum militiæ, ſed cõpendium[d] ſequentis honoris aſſumant: & ſi quis ex officio vel[e] præcipuè ſublimitatis tuę temerario aſſenſu ĩ diſcuſſiones, perẽquationes, aliã denicq; vllam rẽ inquietator extiterit: officium ſuum nouerit vel leuis[f] culpæ offenſione detecta, grauis multę diſcrimine fatigandum: & numerariorum corpus[g] extincto † iniuriæ autore, minuendum.

Primicerij ultra biennium in officio militare non coguntur, & ſi a palatio per annum ſe abſentauerint, unum gradum militiæ perdunt: ſi per biennium, duos: ſi per triẽnium, tres: ſi per quadriennium, quatuor: ſi per quinquennium, quinque: ſed nõ utuntur ordine. & licet ob abſentiam quinquennij ab officio ſint remoti, tamen ordine diſcuſſorum & peræquatorum non grauantur: & inter eos prærogatiua temporis eſt habenda, quæ nulla ratione poteſt celari: & hoc officio finito ad officium magiſtri officiorum ſunt aſſumendi. Bart.

Imperator Iuſtinianus A. II.

PRæclaram nobilemq; militiam[h] ſpectabilium tribunorum[i] notariorum, qui glorioſis obſequijs nõnihil[k] reipublicæ cõmoditatis afferunt et decoris, diuerſis beneficiorum[l] titulis muniendam credimus & augẽdam. Nam biennales metas viro ſpectabili pro tempore primicerio agendi † muneris duximus ſtatuendas[m]. Hos autem[n] tribunos, qui ſuis negotijs occupati, minimè ſacrum palatium curauerint frequentandum: niſi intra annale ſpatiũ reuertantur (quanuis commeatus[o] iura prætendant) pro abſentia quidẽ vnius anni, vnus gradus[p]: ſi verò duobus annis abfuerint, duorũ: ſi tribus, trium: ſi quatuor, ſimiliter quatuor graduũ ſubire iacturam: ijs, qui inferiores eis fuerint, poſtponẽdis[q]. Qui verò per quinquẽnium integrum ſe præſentare ceſſauerint: exemptos matricula, tantùm nomine tribunorum, non vero ordine perpotiri: his in hunc modum diſpoſitis, vacationem cenſus diſcuſſionis[r], peræquationis, & cuiuslibet alterius rei habituros. Illud præcipuè prouiſionem noſtram flagitare perſpeximus, ne per ambitionem vel gratiam, aut cuiuslibet occaſionis obtentu, vel laborum ſeu ſolicitudinum ſpecie, publicorum cuiquam liceat aliquando gradum ſeriem conturbare, et temporum ratione calcata, dudum militantibus anteferri: & quæ longis prolixiſq; ſtipendijs defenſa iam pollicetur ſenectus, gratioſa feſtinatione ſubripere[s]: hoc etiam adijciendo, vt primicerius poſt depoſitam publicã numerorum † ſolicitudinem, ac ſi ipſam geſsiſſet adminiſtrationem, cuius conſequitur dignitatem, magiſtri officiorum pro antiqua conſuetudine infulas[t] ſortiatur, omnibus vacantibus, quanuis tempore præcedentibus, præponendus[v].

o Commeatus. facit. j. de eõmea. l. ij. & fin. & j. de dome. l. iij.
p Vnus gradus. ſcilicet volumus ſubire iacturam: quod eſt j. & ſic ſub. in ſequentibus.
q Poſtponẽdis. alias dis, alias di. & dictio ijs, datiui caſus eſt. nam poſtponitur iſte ſequẽtibus in ijs, quibus anteponeretur, niſi abfuiſſet. ad quod ſ. de offi. præfec. præ. l. ij. in fin. Et dic inferioris gradus ſecundum prędictam proportionalitatẽ. Item not. geminatio delicti geminat pœnam, ſic. ſ. de epi. au. l. nemo. in fi.

Geminatio criminis pœnam multiplicat.

r Diſcuſsionis. hæc munera ſunt. ſ. de cen.
s Subripere. Not. ſic. j. de princi. agen. in re. l. ij. & ſ. de conſu. l. j. &. j. de proxi. ſac. ſcri. l. vnicuiq;. & de re mili. l. contra publicam. & de tyronibus. l. fi. &. ſ. de offic. ma. offi. l. nemo, &. j. de dome. l. iij.
t Infulas. id eſt, dignitates. Et not. qd loquitur, quãdo per quinquennium abfuit: vt. ſ. §. hos autem. & ſic ex delicto habet præmium, ſed certe non ex delicto: ſed qa meruit dignitatem, gerat eam vel non: vt hic dicit. vel dic, quod perinde acquirit infulas per legem iſtam: ac ſi per electionẽ habuiſſet et geſsiſſet illas infulas.
v Præponendus. præponitur vocantibus primis: quia habet nouam dignitatem: vt. j. titu. j. l. ij. §. ſed adminiſtratores. vel priuilegio prioris dignitatis, obtẽtu cuius præfertur alijs, qui aliquando habuerunt dignitates, ſed habere deſierunt: & ſic eſt ſpeciale contra id quod habes. ſ. de præfec. præt. l. ij. alias proponendis.

† munerum

TITVLVS VIII.

VT DIGNITATVM ORDO ſeruetur.

Vſurpans ſcienter honorem ſibi indebitum, crimine ſacrilegij punitur. Bart.

Imperator Theodoſius A. I.

SI quis indebitũ[x] ſibi locum vſurpauerit, nulla ſe ignorantia[y] defendat; ſit planè

x SI quis indebitũ. alij tamẽ debitum: vt. j. l. proxi. vel pone vt. j. de priuil. eo. qui in ſac. pa. l. ij. vel vt. ff. de mu. & hono. l. vt gradatim. Accurſius.
y Ignorantia. iuris, vel facti. ad quod &. ſ. qui pe. tu. l. fina, & de crim. ſacri. l. j. et

a Diuina. huius.l. occupando.ſ.alterius locum ad quod.ĩ.de erog.mili.l.lege.et de priuileg. eorum qui in ſac.pa.l.fin.&.ſ.de diuer.reſcript.l.ſacrilegĩ. & de cri.ſacri.l. ĩ. Accurſius.

b OMnes. Peregerint.et adhuc peragunt: vt ex ſequentibus patet.& nota,quod hæc prælatio valet ad ea quæ dicuntur. ſ. de offic. præfec. præto.l.ĩ.in fi.cum concor.

c Vacantes. i. qui habuerunt dignitatẽ cum adminiſtratiõe, ſed adminiſtrationẽ depoſuerunt: vt.ĩ.ſ. vacantes. &. ſ. de fabri.l.eos.in fi.Accur.

d Abſentibus cingulum. in ſignum illuſtratus. ad quod ĩ auth.vt iudi. ſine q̃. ſuffra.ſ.fina.col.ĩ. & in auth.vt or.præ.ſ. ĩ.col.v.& dic hic mittitur. cũ adminiſtratione, ſi differat à ſequenti. Itẽ dic, quod fuit depoſita adminiſtratio:ne ſit cõtra.ĩ. ſ. ſed adminiſtratores. ſi enim non eſſet depoſita, deficit ille caſus. Sed ſoluitur p dictum. ſ.ſed adminiſtratores. Accur.

e Sine cingulo.id eſt, ſine adminiſtratione: & ſic expone in ſequẽti.& no.ſecũ dũ M. quod crimina les cauſæ contra iſtos motæ nõ poſſunt terminari ſententia condemnatoria, niſi per principem: ſed abſolutoria etiã per vicarium: vt.ſ.vbi ſena. vel cla.l. quoties. ſ.ĩ. &.ſ.viros. Accur.

† Hic eſt ar. qđ beneficiũ poteſt cõferri abſenti.de hoc eſt caſus in.c.accedẽs. extra de præbend.& dig.

f Vacantibus. ſic ergo tria genera nota.ſcilicet vacantes q deſierunt.Item honorarios,q nũc adminiſtrationẽ habuerunt. Item illos, qui cum actu omnibus præferuntur alĩs: vt.ſ.tit.ĩ. l.fi.& facit.ſ.de cõſu. l.nemini.in fi.lib.x.

g Præfectorius. i.vacãs præfectorio, ſcilicet honorario.

† In ſcriptis omnibus exempl. legitur,ex magiſtro officiorum iuncti ſcilicet, quẽadmodũ excõſul dicitur.

h Quæſtorius.vacans quæſtorio honorario.

i Vel comes rei. ſcilicet vacans.

k Magiſtro.honorario.eſt ergo nomen dignitatis:vt.ſ. de adſacrilegĩ reus, qui diuina [a] præcepta neglexerit.

Habentes dignitatem cum administratione, præferuntur habentibus eandem ſine administratione.poſtea qui dignitatem ſolùm cum administratione depoſuerint: & hi habere dicuntur dignitatem uacantem. poſtea illi,quibus dignitas cum administratione committitur. quartò illi quibus dignitas à principe conceditur in præſentia ſine administratione, & hi honorarij appellatur. quintò illi quibus illuſtris dignitas ſine administratione committitur. Item administrationem habentes præferuntur uacantibus. Item uacantes præferuntur honorarijs in ſimili dignitate conſtitutis, non in diſpari: ut præfectus nacans præfertur præfecto honorario. Item non debet appellari uacans ſi habet dignitatem, cui poſtea conceditur administratio. Bartolus.

Idem A.& Valentinianus A. II.

OMnes priuilegia dignitatũ hoc ordine ſeruãda cognoſcant,vt primo loco habeantur ĩ, qui in actu poſiti, illuſtres peregerint [b] adminiſtrationes: ſecundò veniẽt vacantes [c],qui preſentes in comitatu illuſtris dignitatis cingulum meruerint: tertium verò ordinem eorũ proſpicimus, quibus abſentibus cingulũ [d] illuſtris mittitur dignitatis: quartũ honorariorũ,qui præſentes à noſtro numine ſine cingulo codicillos tantùm honorariæ dignitatis adepti ſũt; quintũ eorũ, quibus abſentibus ſimiliter ſine cingulo [e] mittuntur illuſtris inſignia dignitatis,Sed adminiſtratores qui dem etiam comites rei priuatæ vacãtibus [f] omnibus honorarijs anteponi cenſemus. Vacãtes† autem poſt adminiſtratores venientes,non omnes iã omnibus honorarijs credimus preponẽdos: ſed eos vacãtes illis honorarijs,q ſimilẽ adepti ſunt dignitatẽ:vt præfectorius [g] quæſtorio,nõ quęſtorius [h] præfectorio præponat: pariq; modo quęſtorius quęſtorio:non vacans comes theſaurorum, vel comes rei [i] priuatę,honorario quęſtorio vel magiſtro [k] †officiorũ præferat. Et inter adminiſtratores illos etiam numerari decernimus, quibus illuſtribus in ſacro noſtro conſiſtorio cunctis [l] aliquid ordinariæ dignitatis vel antè cõmiſimus, vel poſtea committemus peragẽdum: verbi gratia, ſi vacantium [m] magiſtro militum belli cura cõmittatur. Cur enim aut vir magnificus Germanus magiſter militum vacans appelletur, cui bellum contra hoſtes mandauimus? aut cur excellentiſsimus Propentadius [n] non egiſſe dicatur præfecturã,cuius illuſtribus cunctis depoſitionibus vice prætorianæ præfecturæ miles [o] in expeditione copia commeatuum [p] abundauit?

uo.di. iudi.l. petitionem. ſ.egredientem.

l Cunctis.alias ductis.& alias cunctis.

m Vacantium. magiſter enim militum vacantium erat:et ſic ipſe erat vacans,ſed ſi de nouo iniungitur ei cura belli, non erit habendus vacans.

n Propentadius. proprium nomẽ cui, cum eſſet vacans, iniunctum fuit, vt faceret quod prefectus facere conſueuerat.

o Miles.id eſt, militaris copiam annonę habuit.

p Commeatuum. à tempore cõmeatus ſupererat de annona.

TITVLVS IX.

DE MAGISTRIS SACRORVM ſcriniorum.

Magiſtri notariorum magnæ curiæ etiam dignitate finita unà cum eorum filijs à grauamine priuato & publico ſunt immunes: & pœna grauanti hic imponitur, & durat priuilegium. Bartolus.

Imp. Anaſtaſius A. I.

VIris ſpectabilibus magiſtris omniũ ſacrorum ſcriniorum, noſtræ beneuolentiæ liberalitas tribuẽda eſt,qui noſtrę quodammodo aſsiſtere maieſtati videntur: ideoq; poſt depoſitum [q] etiam officium ab omni indictionis onere ſeu ciuilium ſeu militariũ iudicũ, prorſus immunes eſſe prȩcipimus:vt nec ab ampliſsima quidem ſede tui culminis eis vlla moleſtia [t] ſuper ſuſcipiẽdo quolibet grauamine priuato vel publico penitus iniungatur. Hoc beneficium ad proximos [r] etiam ſacrorum ſcriniorũ, & ex proximis [s],volumus propagari: quinquaginta librarum auri officio tui culminis condemnatione multando, ſi quid aduerſus ſtatuta clementiæ noſtræ innouari conceſſerit.

Priuilegium durat, etiam finita dignitate.

q Vlris. Depoſitũ. ad quod ſ.de excu. mu. l. eam. & de fabri.l.eos.& de aduo. diuer.iu.l.ĩ. & de aſſeſſ.l.non parum.&.ſ. de præpo. ſac. cub.l. ĩ.per quæ habes priuilegium durare etiã finita dignitate.

r Ad proximos. vt.ĩ.de prox. ſac.ſcri. l.iiĩ.

s Ex proximis.ſ. natis: vt.ĩ.de proxi. ſac.ſcri.l. in ſacris. in princi. Sed cõtra. eo. titu.l.iubemus. Solu. vt ibi. ad quod.ĩ. de agen.in re.l.fina.&.ĩ. de priuile.eor. qui in ſa.pala.l.ĩ.

DE COMITIbus conſiſtoria.

EOs. Aequari. ergo eſt ſpectabilis: vt in auth.de app.& intra quæ temp. ſ.illud.col.ix.

Viros.

TITVLVS X.

DE COMITIBVS CONSISTORIANIS.

Comites conſiſtoriani ſunt illi, qui ſteterunt in principis conſiſtorio, & proconſulibus adæquantur. Bartolus.

Imppp.Grat.Valent.& Theod.AAA. I.

EOs,qui tranquillitatis noſtræ conſiſtorij dici comites meruerunt, ſpectabilibus proconſulibus ęquari [t] generaliter decernimus.

a VIros. Vtuntur.vt.ĩ.de prici.agen.in re.l.fina.et facit.ĩ.de priui. scho. l.iĵ.&.de proxi.sacr. scri.l.in sacris. &.s.de profes.& me.l.fin.

b DE COMItibus & trib.&c. Aliàs de comitibus & tribunis, aliàs de præpositis & tribu.

c Præpositos. comitibus.

d Scholarũ. id est, eorũ qui obediebant ei in officio.

e Epulis. est enim quædam inquietatio cogitare de epulis:vt ff.pro socio.l.cum societas.

f Adorandi.id est, salutandi.

g Inter quos.s.præpositos & tribunos.

h Numerantur. nam & hæc pertinẽt ad officiũ prædictorũ. Vel dic quod alĩ præerant, qui similes erant prædictis. Acc.

i Præpositura. s. cum administratiõe.

k Meruerunt. à principe propter bonum seruitium: vt.ĩ. de filẽ.l.j.& dic quod est multiplex comitiua, id est, multi gradus sunt comitis.

† Pyr. infra l. tit. de pro fac. scri. in quibus epulis purat le gendum.

l Casu. Not. de casu est dignitas: vt not.s. de legi.& constitu.l. digna.

m Depositio sacramẽto. i. finito officio comitiuæ:vel verius tribuni & præpositi.

n Par. Ponticæ & Aegypti par est dignitas. & facit. ĩ. de pala.l.vlti.

o Alios qui. alias q. quod est melius.

p Honore. quia dignitatem sine præpositura, id est, administratione meruit.

q Militia. s. præpositi vel tribuni. Acc.

DE COMITIbus &c.

r VIcontemplatiõe meritorũ. Nam probi ad talia eliguntur.

s Ducto. i. ductis militibus. sic. ff. de verb.sign.l.in vsu.

t Consecuti. dic vt s.ticu.j.l.j.

v Subiugantur. i. subĩciuntur siue adhibẽtur.& dic dignitatẽ prædictorum comitũ: vt his. s. comitibus locũ præstent illi qui &c. & est alias adornatus: et tunc habeas præstet. alias nominantur.

x EOs. Peculiariter. i. specialiter & intime de his confidendo.

y Mĩlite. i. militibus eis datis à nobis: vt s.l. proxi. quæ vltra mare: hic citra mare dicit missos.

z Peragendam. vt.s.vt dig.ordo.l.fi. in fi.& fa.ĩ.de princi. agen.in re.l.eo.

a Præter Aegyptum. illi forte sunt maiores.

b DE COMITIbus & ar. &c. Id est, summis * medicis ab archos, quod est princeps.

* Imo principalibus medicis,& in aula Imperatoris versantibus.

c ARchiatros. Militantes. inermi militia: vt in titu.

d Ordinis. dic vt s.de comiti.& tri.l.j. Accursius.

e Vicarios. quę est quędam dignitas: vt s.de offic.vica.l.j.

f Meruerint. not. æquari tres dignitates. qđ valet ad id qđ dicit. s. de prefec. præto.l.ĩ. in fi.facit. ĩ.de proxi.sacr.scri.l.j. &.s. de cõsul..l.j.& de præpo.sacri cubi.l.j.et de primic.l.fi.in fi.

g DE COMItibus &c. Vt Tholosanus: et est spectabilis: vt in auth.de app. ſ.illud. collat. viĵ. Sed quidam sunt illustres: vt ĩ.de ero.mi.an.l.prouincialium.

† Medicos principis hic accipe archiatros. Alciat.

Eos.

Comites consistoriani tam in agendo, quàm in excipiendo utuntur priuilegijs competentibus principibus scholæ agentium in rebus. Bart.

Imp. Iustinianus A. II.

VIros spectabiles comites consistorianos, & coniuges, & liberos, quinetiam seruos eorũ, atque colonos ĩjsdẽ priuilegijs, tam intẽtiones ab alĩjs proponẽdas excipiẽdo, quã suas cõtra alios exercẽdo perfrui: quibus viri clarissimi principes scholæ agentium in rebus per sacrã pragmaticam sanctionem diuinæ memoriæ Zenonis vtuntur[a].

TITVLVS XI.

DE COMITIBVS ET TRIBVNIS scholarum[b].

Præpositi scholarum & illorum, qui sunt per principem ad aliquod officium deputati, principem adorare possunt, inter quos etiam palatini numerantur, si eis data sit primi ordinis comitiua cum administratione: & officio depositio. si non aspirauerint ad maiorem dignitatem pares sunt comitibus Aegypti diœce. & Ponticæ. alij uerò milites militia soluta numerantur inter eos, qui fuerunt prouinciarum duces. Bartol.

Imp. Valentinianus A. I.

PRępositos[c] ac tribunos scholarũ[d], qui inquietudinis † epulis[e] adhibentur, & adorandi[f] principis facultatẽ antiquitus meruerunt (inter quos[g] comites etiam sacri stabuli, & cura palatij numerantur[h]) si primi ordinis comitiuam cum præpositura[i] meruerunt[k], & casu[l] ad altiora non peruenerint: depositio sacramento[m] inter eos, qui comites Aegypti vel Ponticæ diœceseos fuerint (quorum par[n] dignitas est) haberi præcipimus: alios[o], qui honore[p] comitiuæ regimen fuerint nacti, absolutos militia[q], inter eos, qui duces fuerint prouinciarum, numerari iubemus.

TITVLVS XII.

DE COMITIBVS REI militaris.

Missus ob suam probitatem ad partes transmarinas custodiendas, illis dignitatum insignibus adornatur, quibus proconsules. Bart.

Imp. Leo A. I.

QVi cõtemplatione meritorum[r], ducto[s] intra prouincias transmarinas strenuissimo milite, primi ordinis comitiuam fuerint consecuti[t]: ea reuerentia altissimarum dignitatũ viris subiugantur[v], vt his locum præstent, qui proconsulatus insignibus adornantur.

Missus principaliter ad defendendam aliquã prouinciam citra mare, similis est duci administranti aliquam prouinciam excepto duce Ponticæ & Aegypti. Bart.

Imp. Anastasius A. II.

EOs, qui sub comitiua primi ordinis dignitate peculiariter[x] ad quãlibet prouinciam vel prouincias defendẽdas milite[y] credito autoritate nostri numinis destinãtur, & eos, qui vicem illustrium virorum magistrorum militum susceperint peragẽdam[z], ducibus, qui præter Aegyptũ[a] & Ponticam in alĩjs prouinciĵs administrauerint, adęquamus.

TITVLVS XIII.

DE COMITIBVS ET ARCHIATRIS† sacri palatij[b].

Archiatri si primi gradus militiam obtinuerunt: eam dignitatem adipiscũtur, quam duces & uicarij principis, qui militiam administrauerunt, & etiam comites primi ordinis. Bart.

Imp. Zeno A. I.

ARchiatros intra palatium militantes[c], si comitiuę primi ordinis[d] nobilitauerint gradus: inter vicarios taxari præcipimus, siue iam pridem deposuerunt militiam, siue postea deposuerint, ita vt inter vicarios[e] & duces, qui administrauerint, & eos, qui comitiuam primi ordinis meruerint[f], nihil interfit, nisi tempus, quo quis administrauerit, vel comitiuæ adeptus est insignia.

TITVLVS XIIII.

DE COMITIBVS, QVI PROVINCIAS REGVNT[g].

Comites qui gubernauerunt prouinciam: depositio officio priuilegijs dignitatis uicariæ funguntur. Bart.

a EOs. comites. hoc expo vt.ſ.de comi.& tri.l. j.& facit.ĵ.de princi. agen.in re.l.j. &.ſ.de excuſat.mu.l.eos.

b DE RROFESſoribus &c. Vt ſunt comites:qd' tex.non bene aperit.

c GRāmaticos. qui grāmaticā docēt.

d Sophiſtas. qui dialecticam.

e Hac regia.Conſtantinopolitana. Et no.in regĳs vrbibus tātum doceri:vt no. ſ.de ſtu.li.vr.Romæ. in titulo.

Doceri debet publicè tantum in regijs vrbibus.

f Statutos. qui debent eſſe duo, qui leges pandat: vt. ſ.de ſtu.liber.l.j.in fi.

g Vitam. per mores: vt.ſ. de profeſ.l. magiſtros.vbi de facundia dicit.

h Peritiam. vt recte ſentiat mētem legis:vt inſti.in proœ. ſ.cumque.

i Interpretandi. id eſt,exponendi: vt ff.ſi cer.peta.l.j.

k Diſſerendi. id eſt,in dicendo copioſus. argu.ſ.de teſta.l. teſtamentum.

l Ampliſſimo. ſcilicet ſenatorum. vel dic vt in d.l.magiſtros. Accurſius.

m Ex vicaria. Sed vicarius equiparatur comiti & duci. ergo eſt comes & dux: vt ſ.de comi. & archia. l.j.& quia titul. ipſe hoc dicit. Et not.qd' nouē debent adeſſe: vt hic dicit.et facit.ff. de excuſ.tu.l.ſi duas. ſ.j. &.l.ſed reprobari.ſ.fin. &.ff.de mil. teſta.l.antepen. & ſupra,de mur.l.ſi quis. & de profeſſo.l.ĵ. Et not.quod ſic dicit de magiſtro ſoāne grāmatico & Accu. iuriſperito. Item facit.j. de proxi. ſa. ſcri. l.iĵ. &.ff.de verb.ſignif.l. quibus.

Vicarius comiti & duci equiparatur.

† In quibuſdam non eſt vox, eorum.

n DE SILENtiarĳs & decurionibus eorum.

Scrinarij ad limitem per formam primam numero vnus, ducenarius numero vnus, formæ primæ numero vnus, formæ secundæ numero duo, formæ tertiæ numero tres. Scrinij nostri per formam ordinis tertij numero vnus, per formā epistolaris numero duo, formæ primæ numero septē, formæ secundæ numero decem, formæ tertiæ numero quatuor. Officialium sacrarum vestiū ducenarij numero tres, centenarij numero tres, epistolares numero duo, formę primę numero duodecim, formæ secundæ numero decem, formæ tertiæ numero octo. Deputati sacræ vestis per formam secundi ordinis numero duo, ducenarij numero duo, cētenarij numero duo, epistolares numero duo, formæ primæ numero tres. Scrinij ab argētarijs per formam ordinis secūdi numero vnus, epistolares numero vnus, formæ primæ numero sex, formæ secundæ numero tres, formæ tertię numero vnus. Ad pecunias per formam ordinis secundi numero vnus, formæ primæ numero vnus, formæ secundæ numero duo, formæ tertiæ numero quinq;. Argentarij comitatenses ducenarij numero vnus, centenarij numero duo, epistolares numero tres, formæ primæ numero octo, formæ secūdæ numero vigintiquinq;. Barbaricarij cētenarij numero duo, epistolares numero quinque, formæ primæ numero octo, formæ secūdæ numero vnus.

Palatini transmissi per prouincias, anno elapso cingulo liberantur. Bartolus.

Iidem AA. VIII.

PLacuit iuste omnibus mitendarijs & palatinis[a] officijs profutura suggestio, quam insinuasti, vt ex ijsdem[b] annis singulis ex ducenarijs terni[c], ex centenarijs habito prouisionis[d] intuitu, cingulo liberentur.

Nullus officium sacrarum uel priuatarum largitionum assumere potest, nisi mediante principis autoritate. Barto.

Imppp. Valent. Theodo. & Arcad. AAA. IX.

NOn aliter quilibet in officio sacrarum largitionum vel priuatarum rerum cingulum militiæ sibi sumendum existimet, nisi nostræ manſuetudinis annotationem[e] meruerit.

Palatini adiutores & primicerij finito officio sicut agentes in rebus à præbitione tyronum cæterisq; muneribus sordidis sunt immunes. Barto.

Imppp. Theo. Arcad. & Honor. AAA. X.

PAlatinos, qui sacrarum remunerationum rationum tractantes inculpantur, ad calcem[f] terminumq; militiæ peruenientes, nec nō etiam adiutores & primicerios diuersorum officiorum, præcipimus habere priuilegia, quæ nuper agentium in rebus scholæ nostra sunt manſuetudine cōtributa: scilicet vt à tyronum[g] præbitione memorati reddantur exortes: cæteraq; onera non agnoscant.

Impp. Arcad. & Honor. AA. XI.

AD similitudinem[h] sanctionis, quam de proximis sacrorum promulgauimus scriniorum: etiam in officio, sacrarum largitionum, atq; priuatarum rerum pro biēnio annum sub perpetua obseruatione præcipimus custodiri: ita, vt & priuilegia, quæ huiusmodi officij, vel primicerijs sacris legibus deferuntur, integra, illibataq; seruentur.

In ciuitate Constantinopoli palatinus apud præfectum urbi non compellitur litigare, nisi pro seruitutibus, domibus, uel annonis quæstio moueatur: in prouincia uerò cognoscit præses contra palatinum: sed in causa criminali contra eum non fert sentētiam, nisi ex suggestione principis sub quo militat palatinus. Bartolus.

Imp. Theodosius A. XII.

VIros deuotos palatinos non oportet in hac regia vrbe apud virum illustrem præfectum vrbi litigare compelli, nisi de ædificatione domorum, & seruitutibus & annonis orta videatur causa[i]: in alijs verò causis tam pecuniarijs, quàm criminalibus apud viros illustres tantummodo comites suos respondere[k]. rectoribus autem prouinciarum intra administrationis suæ fines inter præsentes palatinos, nec causis publicis occupatos cognoscere tam pro ciuili, quàm pro criminali causa permittimus: sic tamen, vt non aliter criminalis sententia aduersus eos proferatur, nisi ex suggestione prouincialis iudicij vir illustris comes sub quo militat, certioratus hoc ei permiserit[l].

Palatini primicerij, & tres scriniorum primicerij, & tres tribuni prætoriani militari dignitate funguntur: & nulla potest eis iniungi necessitas publica uel priuata. Bartolus.

Idem A. & Valentin. Cæſ. XIII.

INter alias prærogatiuas, quas antea meruerant scholæ societatis sacrarum largitionum, primicerius, & tres[m] primicerij scriniorum tribuni[n] prætoriani, militari dignitate fruantur:

a Necessitate. nisi ordinaria: vt. ſ. e. l. fi.

b IVbemus. Par. nam omnia sunt principis: vt supra, de quadri. præscrip. l. finali.

Principis sunt omnia.

c Iustum. vbi eadē ratio, idem ius. sic. ſ. ad legem Fal. l. fina. &. ff. ad legē Aquil: l. illud. cum seq.

d Possint. vt. ſ. l. proxi. &. ſ. e. l. j. et. ſ. de proxi. ſa. scri. l. iubemus. &. xxxij. q. v. c. item apud.

e DE STRA- toribus.

Hoc stratorium. i. stabulū. vnde in Genesi, Rachel hoc videns posuit idola patris sui in stratorio camelli: & sedit sup ipsum. vnde stratores dicūtur, qui prę sunt stabulis seu eqs stātibus in stabulo.

f PEr omnes. Posceretur. ff. de of fic. procō. l. ij. ſ. nemo, contra Solu. hic in cognitione causarum & definitione præsidētes nō debēt eis vti, sed circa equos sic. Vel aliud in pconsule, et aliud in p̄side, vt hic: imo ibi aliter accipitur. i. viridarius: hic qui præest equis ferrandis & sellis & frenis p̄sidis. vnde versus, Sternitur æquiuoce mare lectus asellus & hostis. aureū hic habet pro suo stipendio singulis diebus. Itē & qn̄ præses, vel rex, vel comes donat equū, habet à donatario solitā quātitatē: puta alium aureū: sic enim faciunt reges Hispaniæ. nā in præsidibus, puinciarū loquitur et eorum stratoribus.

† alias, stratores, inquit Alci. hic, vt eos intelligamus, quos princeps varia necessitate mittit ad prouincias, vt nuntient aliquid, quibus tenentur prouinciales subinde mutare equos, quo celerius eant. tu si libet vide Pyr. hic.

g Cognoscant. illi donatarij. & sic no. q̄ dans punit sicut simoniacus quasi corrumpens eum, vt equū donādum vitu peret principi. sic. ſ. de episco. & cleri. l. si quēquā. Item facit. j. de metatis. deuotū. &. ſ. ne ru. ad vllum obsequi. l. ij.

† alias. c. solidorum mō.

h Quos. puinciales, id est donatores. Accursius.

i DE CAST. &c.

nulla eis ex cuiuslibet iudicis præceptione iniungenda publica vel priuata necessitate[a].

Palatini principis eisdem priuilegijs fungun tur, quibus palatini sacrarum largitionum: & ideo primicerij & primates scriniorum principis finito officio inter millitares tribunos numerantur: & nulla solicitudine negotij publici uel priuati possint urgeri. Bartolus.

Iidem Augusti. XIIII.

IVbemus viros deuotos palatinos rei nostri numinis priuatę, eisdem priuilegijs decorari, quibus etiam palatini, qui in sacris largitionibus deferuntur. Cùm enim par[b] similisq; militia sit, iustum[c] & competens videtur ijsdem vtrunq; officiū priuilegijs gloriari. Primicerios itaq; officij, trescq; primates scriniorum rerum priuatarum, finito tempore militiæ, inter tribunos militares prætorianos saluis ijsdem præstitis priuilegijs, sacris constitutionibus nostrā clementiam adorare decernimus: ita tamen, vt nullam iniunctionem, nullam solicitudinem priuati vel publici negotij quolibet iudiciario præcepto sustinere possint[d]: sed excepta omni necessitate omniq; fatigatione, adeptæ dignitatis honore potiantur.

TITVLVS XXV.

DE STRATORIBVS[e]†.

Impp. Arcadius, & Honorius AA. I.

PEr omnes prouincias edictū generale misimus, vt stratoribus vnus tantùm solidus proprio nomine poscereturf, & in oferēdis equis certam formam statutam æqualem prouincia les nostri custodiendam esse cognoscant[g]: quos[h] etiam fisco certo † modo solidorum obnoxios fecimus, si quod stratores petere interdictum est, illi dare stratoribus non timerent. officium quoq; grauitatis tuæ centum argenti libris multabitur, si sciens prædictam rem gestam fuisse, nō ilico eam seueritati iudiciariæ prodiderit.

TITVLVS XXVI.

DE CASTRENSIANIS† ET MINIsterianis[i].

Castrensiani & ministeriani officio finito per lapsum biennij, alius subrogatur: ipse uerò ad idem officium nullatenus eligetur. Bar.

Imp. Constantinus A. I.

IN officio spectabilitatis tuę secundum formā diualiū responsorū post completum tempus præfinitum, id est biennium, prioribus decedentibus insequentes ad locum pro merito[k] laborum stipendiorumq; succedant: nec vlla licentia tribuatur ijs, qui impletum depositum officium, denuò ad eādem militiam, vel solicitudinem remeandi.

Si ultimus inter ministerianos gradum primæ secundæ, uel tertiæ formæ inter castrensianos fuerit adeptus, scribendus est in matricula tertiæ formæ. Bartolus.

In lib. Ir. de cōsisto rianis aut castrensiarijs, qui forte p̄erant castris principis ordinandis, & erāt plures: & eligebātur decani: vt. j. ti. j. et mensores q mēsurabant, quātū mœnia iuxta castrū vel similia: vt i. ri. i. &. n. Accur.

† Magis lege (inquit Alci. hic) dicere eos de castrensibus minuisse tu illum vide to.

l IN officio. Merito. sic ſ. de agē. in re. l. j. c. j. de tyronibus. l. fi. Item facit ſ. ad legē Iul. de ambi. l. j. &. j. tit. j. l. j.

l SI quis. Celitus. id est diuinitus, vel à principe.

m VItimus. tertia forma erat maior aliis: vt innuit & patet. ſ. titu. ij. scrinijs. vbi pauciores semp ponuntur in tertia forma.

n II qui. Examine. facit. j. co. l. fi. &. ſ. de agē. in re. l. fi.

o ANte omnia. Breuis. hunc breuem non habes.

p Conueniri. subaudi iubemus: vt nulli pulsantiū &c. quod est. j.

Sine

Idem Augustus. II.

SI quis primæ, vel secundæ, vel tertiæ formæ specialiter inter statutos gradum cælitus[l] valuerit impetrare: supernumerarius† vltimus[m] formæ tertiæ in matriculis habeatur.

† supernumerarijs

Militantes in hac militia, & eorum matres & uxores non possunt conueniri in causa ciuili uel criminali, nisi sub comite castrensianorum. Bartolus.

Impp. Valentin. & Theodo. AA. III.

II, qui in schola vestis sacræ militant, vel matres eorum, vel vxores, criminalem vel ciuilem litem contra se commouendam, in nullo alio, nisi in sublimitatis tuæ suscipiant examine[n].

Castrensiani & ministeriani eorumq; matres, uxores & filij solùm coram magistro officiorum sunt conueniendi, nisi pro tributis & muneribus suscipiendis, & delictis commissis, pro quibus possint corā iudicibus locorum cōueniri. habent etiā priuilegiū circa minores sportulas secundū modū hic descriptum soluendas, ac etiam circa fideiussorem iudicio sisti præstandum: ut unum ex coniunctis uel de suo numero præstare possint.

Imp. Zeno. IIII.

ANte omnia nullius penitus alterius iudicis minoris vel maioris sacro ministerio nostro deputatos (quorum officia sigillatim breuis[o] subter annexus continet) nisi à tuæ duntaxat magnitudinis sententijs conueniri[p]: vt in nullo penitus alterius iudicis foro

pulsantium, nisi in tuæ tantũmodo amplitudinis examine præbeãt aliquãdo respõsum. Sed ne in hoc ipso iudicio enormibus molestẽtur dispendijs, vel ex nudis conueniant facilè iudicis cuiuscũq; mãdatis, ipsis quoq; sportulis & fideiusionibus modũ cõstituimus obseruandũ: ante omnia decernẽtes, nequãdo sine scriptura[a] vel interpellatiõe deposita, ac sententia prorogata tuæ magnitudinis, eademq; non enita[b], cõueniri posse: cõuentos verò non aliũ fideiussorem, nisi actuariũ[c], vel vnũ ex primatibus suæ scholæ exe cutoribus pro respõsione suæ personę sine scripto præstare: siue per seipsos, siue per procuratorem datum in iudicio responsuri sunt: siue in causis ciuilibus appetantur, siue in criminalibus accusentur: nec vltrà cõuentiõis[d] nomine sportularũ, quàm vnum aureum executoribus vsque ad finem litis præstent, quẽcunque contigerit conueniri. Inducendorum[e] sanè nomine, & cognitionum exercendarũ præstandæq; personæ gratia, ex simplici[f] postulatione contra eos habita, siue ex appellatione subsecuta, vel alio quolibet modo[g] in iudicio deponatur: tribus tantũmodo solidis vsque ad terminũ negotij eos, qui accepturi sunt, præcipimus semper esse contentos: in cognitionalibus verò gestis edendis, duos tantummodo præstari solidos[h]. Hęc autem priuilegia non in eorũ tantũmodo, sed in matrum[i] quoq; & vxorum[k] personis valere, & ad integrum permanere: filijs[l] quoque & maritis eiusdem fideiusionis nomine, si necessitas interpellationis exegerit, tradi: nec alios vades[m] exigi: ipsosq; [n] dum militant, & post emensam [o] militiam, cum ijs, qui ex tẽpore prioris præstitæ sibi pragmaticæ sanctionis eiusdem militię stipendia impleſſe noscũtur, omnibus priuilegijs perfrui: cũctis nihilominus capitulis, sacris affatibus diuæ recordationis Martiani, quos se meruisse asserunt, valituris: excepto hoc quod in diuersis iudicijs tunc respondere præcepti sunt, hac sanctione decernimus: aduocato quoque fisci, exceptoribus etiam, qui apud arbitros hoc vtuntur officio, ab exordio incipiendi, vsque ad terminum finemq; negotij tertiam dũtaxat solidi partem præbituros. In huiusmodi autem arbitrorũ gestis edendis non vltra præstare, quàm dimidiã solidi partẽ: & cùm per prouincias constitutus, fideiussoribus conuentus cauerit, adiuratoriæ tãtummodo cautioni[p] cõmitti: nec vllo tempore nisi ex tuæ duntaxat magnitudinis sententia conueniri: exceptis tributarijs & munerum functionibus, & criminibus, quæ in locis inquiri, flagitari, & vindicari generalia legũ præcepta[q] constituunt: præsenti sanctione decernimus viro clarissimo adiutore sublimitatis tuę in specu lis[r] constituto, nequid ex ijs, quæ statuimus, aliqua subreptione violetur.

a Sine scriptura. sic.ś. de di.l. quoties. &.j. de proxi.sac. scr. l. in sacris. & qd' subijcit vel, pro etiam.
b Nõ enita. in scriptis.
c Actuariũ. ś. de p. xi. sac. scri. l. in sacris. ſ. fidei.
d Conuentionis. f. sportulis, quæ dantur à conuentis.
e Inducẽdorum. i. executorũ. qui inducunt partem in iudicio, qñcũq; est opus.
f Simplici. in causa. principali.
g Alio modo. puta extraordinarie.
h Præstari solidos. f. exceptoribus.
i Matrũ. transit ad superiores p priuilegiũ. qd' dic vt not. ś. de prox. sac. scri. l. in sacris. circa prin.
k Vxorũ. sic. ś. de dig. l. mulieres.
l Filijs. sic. ś. qui satisd. cog. l. ij. ſ. ij. & ś. de proxi. sa. scr. l. in sacris. ſ. vt ita.
m Vades. i. fideiussores. inde vadiũ vel vadimoniũ id est, pignus.
n Ipsosque. f. deputatos nostro ministerio.
o Emensam. i. finitam. sic. ś. de silen. l. fina. in fin.
p Adiuratoriæ. tantũmõ cautioni. sic. ś. de. ass. l. j. ſ. super. & in authent. vt nulli iudi. ſ. necessariũ. col. ix. & ś. de p. xi. sac. scr. l. in sac. ſ. vt ita &c. cũ suis cõcor.
q Legũ præcepta. vt. ś. vbi de crim. agi opo. l. j. & ĩ auth. qua in p. & . ś. vt omnes tam ciui. quam milit. l. j. ĩ pri. &. j. de priui. scho. l. ij. Acc.
r In speculis. sic. ś. de pri. car. leg. j. & fa. ad. l. ś. de agend. in. l. ex eo. l. fi. & . ś. de co. cõsi. l. ij. &. j. de priui. scho. l. quoties. Acc.
s DE DECANIS. Decanus. i. decẽ virorũ societas secũdũ H. vel qui præest decẽ. vne decanissa id est. vxor decani. & dic vt ś. tit. j. in titu.
t Quatuor Primiseriatus. facit. j. tit j l. j. & ś. tit. j. l. j.
v Nostrę. respõsum. sic. ś. tit. j. l. fi. & de præpo. sac. cu. l. iij. & de silen. l. pe. & de agen. in re. l. ex eo. & l. fin.
x Scholarium. vt j. tit. iij. l. ij.
y Pulsatos. vt. ś. ti. j. l. fin.
z DE MENSOR. Colũnarũ vel lignorũ, vel hominũ. à metior

TITVLVS XXVII.

DE DECANIS[s] †.

† Decani dicebantur, q decem militibus prẽerãt qui nunc caput contubernij vocãtur. Alci. hic.

Quatuor ex decanis qui primum locum in ordine tenuerunt per biennũ, ad primiceriatus officium assumuntur: & alij in locum eorum debent subrogari transacto biennio. Bart.

Imppp. Theod. & Valenti. & Archad. AAA. I.

QVatuor, † qui ex corpore decanorum ad primum militiæ gradum peruenerint, biennij spatio primiseriatus[t] gerant officium: neque vlterius cuiquam liceat in hoc immorari: vt omni gratia & ambitione cessante, post duorum annorum curricula succedant prioribus subsequentes.

† Alias, incipit. Qui ex corporę

Decani adhærentes famulatoribus principis, coram illustri magistro officiorum sunt conueniendi. Bart.

Impp. Theodo. & valen. AA. II.

NOstræ pietatis famulationibus adhærentes decanos non oportet pro desiderio pulsantium ad alia pertrahi iudicia sed: viri illustris tantùm magistri officiorum obseruare examen. Hoc nanque modo neque mansuetudinis nostræ obsequia decipiuntur: & agentibus aduersus eos iure adhibetur responsum[v]. ad exẽplum itaque deuotissimorum scholarium[x] nulli licere memoratos ad aliud iudicium trahere, & pulsatos[y] priorum fidei scholæ permitti præcipimus.

† Mensores sunt, qui in castris adpedissimum dimetiuntur locum, in quibus tentoria milites figant, vel qui hospitia in ciuitatibus præstant.

TITVLVS XXVIII.

DE MENSORIBVS[z] †.

Imp. Zeno. I.

ctior metiris secũdũ H. & dic vt in tit. ſ. de caſtrẽ. vel dic menſores frumẽtarios: vt. ff. de iu. im. l. fi. vel illos, qui metiebantur hoſpitia militũ vt. j. de metatis l. j. vel etiã hęc omnia officia habebant.

a Rimi ceri. us. fa= cit. ſ. ti. j. l. j.

b DE PRIVI. legĩs eorũ, Qui. Quocunque offic. vt. j. l. j.

c Palati. nis. Calũnias, i. mũera patrimonalia. eſſet enim calumnia ſi ab eis exigerentur.

d Nominationes. ſ. ad perſonalia: vt. j. hac. l. &. j. l. proxi.

e Ordine ſanguinis. not. ar. contra. ff. de leg. ĩj. l. cũ pater. §. à te. & facit. ſ. de proxi. ſacro. ſcr. l. iĩj. & l. in ſacris.

f Indiſcreta. non attenta, nec conſiderata.

g DE cubiculis. ſ. de præpo. ſacu. l. ĩj.

h Memoriales. ſ. de proxi. ſac. ſcr. l. iĩj. & l. in ſacris.

i Pentaprotias. nomen Græcũ eſt: & dicitur à penta, qđ eſt q̃nq̃: & protia, qđ eſt decima. i. minus quintæ partis decimarũ [a]: ſic dicit munus decaprotiæ. ſ. à decẽ: & eſt munus patrimoniale: vt. ſ. de mune. pat. l. nec protoſtaſiæ. &. ff. de mun. & ho. l. fi. §. miſta. & l. iĩj. ff. de caprotos. & ibi no.

a Imo quinque primorũ munus eſt, quos alibi ſacræ conſtitutiones quinque ſummates vocant. Alc. hic.

k Caſtrenſe. vt. j. de caſtren. om. pala. pecu. l. j.

l Donati ſunt. ad hoc. ſ. de aſ. l. non parũ. & de agen. in re. l. fi. Sed ar. contra. ſ. de teſt. mil. l. penul. & de teſt. mil. l. penul. & de reſti. mili. l. vlti.

m Militaribus. i. licet ſuã militiã cõplere debeant. quæ eſt. ſ. de curio. l. j. &. fin. & facit. ſ. de agen. in re. l. fi. &. j. l. proxi.

n EX aula noſtra. Diſcedentes. ab aliquo officioaulę: vt. ſ. l. px. §. habeant.

o Iniunctis. i. ab his quæ iniungerentur.

Rimicerius [a] menſorũ biennio expleto agẽtis in rebus militis militiã ſortiatur.

TITVLVS XXIX.

DE PRIVILEGIIS EORVM, QVI IN SACRO palatio militant [h].

Palatini à cunctis muneribus ſordidis ſunt immunes, & eorum filij & nepotes: & ipſis & eorum mancipijs nulla iniuria debet inferri. & contrà faciens punitur. Bart.

Imp. Conſtantinus. I.

Palatinis tam ĩjs, q̃ obſequĩjs noſtris inculpata officia preburerũt, quã illis, q̃ in ſcrinĩjs noſtris, id eſt, memoriæ, epiſtolarũ, libellorũq̃ verſati ſunt: ꝓcul vniuerſas calũnias [c] ſiue nominationes [d] iubemus eſſe ſubmotas: idq̃ beneficium ad filios eorũ atq̃ nepotes ipſo ordine ſanguinis [e] peruenire atque ĩmunes eos à cunctis muneribus ſordidis & perſonalibus permanere, cũ vniuerſis mobilibus & mancipĩjs vrbanis: nec iniurias eis ab aliquibus inferri: ita, vt qui hoc contempſerit indiſcreta [f] dignitate pœnas debitas exoluat.

Cubicularij principis, quibus uocatio eſt conceſſa, & memoriales ſcrinĩorum & libellorum & epiſtolarum, & etiã palatini: & agentes in rebus, & filij & nepotes eorum ad honores & munera non uocantur inuiti: & à perſonalibus & corporalibus muneribus ſunt immunes. Bart.

Idem A. II.

DE cubiculis [g] noſtris vacatione donatos, vel diuerſis obſequĩjs palatinis, memoriales [h] etiã, qui in ſcrinĩjs memoriæ, epſarũ, libellorum, ſacrarũq̃ diſpoſitionũ referũtur: necnõ & ſi q̃ in vtroq̃ officio palatinorũ comitatenſiũ, ſingularũve vrbiũ, & officio amiſſionũ, & caſtrenſis ſacri palatĩ militãt, priuilegia volumus habere, vt nec ipſi, nec filĩj, nec nepotes eorũ ad honores, vel munera municipalia deuocent: q̃bus oĩbus condonamus, ne exactorum vel turmariorum, quos capitularios vocant, curã ſubeant: vel obſequiũ temonariorũ †, vel pentaprotias [i] aut etiã tyronis preſentationẽ agnoſcãt. Nã bñficĩjs noſtris ita digni ſunt, vt etiã cẽſualibus, vel perſonalibus, vel corporalibus muneribus liberent, & habeãt caſtrẽſe [k] peculiũ, ſiue adhuc palatiũ obſeruent, ſiue optata q̃te donati ſunt [l]. Quibus oĩbus priuilegĩjs coniungimus agentes in rebus, licet militaribus [m] videantur eſſe ſubnixi.

†Telonariorũ, fortè, vide Alc. hic.

Diſcedentes ab aliquo officio in palatio principis, licet ſint idonei & experti, tamẽ ab omnibus oneribus eiſdẽ iniunctis ſunt immunes. Bar.

Imppp. Grati. Valentin. & Theodoſ. AAA. III.

EX aula noſtra diſcedẽtes [n] viri ab oĩbus iniunctis [o], habeantur immunes: munerariorumq̃ faſtus [p], vel rapaces quæſtus, tanquam experientes [q] & idonei non patiantur.

Qui miſſionem meruit ab officio, quod in palatio principis exercebat, anteferri debet omnibus alijs, qui poſt ad regendas dignitates uel prouincias, ſunt aſſumpti. Bart.

Idem AAA. IIII.

OMnes, qui in palatio militando, diuerſis actibus paruerint, volumus intantum eius dignitatis, cuius meruerint miſsionem, obtinere inſignia: vt his omnibus præferãtur in ordine atque conceſſu qui poſteriori tempore [r] regẽdas prouincias, dignitatesq̃ ſuſceperint palatinas. Si quis autem temeraria vſurpatione ſtatuta violare tentauerit, ſacrilegĩj [s] pœnam ſuſtineat.

p Faſtus. i. q̃ ſunt numeratĩj.

q Experientes. id eſt, experti: licet ſint idonei, non vocẽtur.

r OMnes. Poſteriori tẽpore. ſic. ſ. de offic. prę. prę. l. j. &. ĩj. & vt di. ordi. ſer. l. fi. & de conſ. non ſpe. l. j. &. ff. de albo. ſcri. l. j. &. ĩj.

s Sacrilegĩj. ſic. ſ. vt di. or. ſer. l. j. &. j. de ero. mili. an. l. leg.

t DE PRIVI. legĩs ſcola. In quibus tyrones militiam addiſcunt. i. ſocietatem militum. nam. j. l. vl. vocat fortiſsimos.



V Iris, comitibus, alias comitibus, alias militibus: quia forte ſunt magiſtri militum.

x Senatores. i. nobiles, q̃ erant ſcholares. i. de ſocietate militũ. ſic. &. ff. de iudi. l. ſi lõgius. §. fin. Itẽ no. aliquẽ degradari. ſic ff. de his, q̃ not. ĩfa. l. ĩj. §. ignominię. &. ſ. de agri. & mã. l. ĩj. &. iĩj.

Degradatur quis dum dignitate ſpoliatur.

y Ad tuę. magiſtro officiorum loquitur: vt &. ſ. de offic. ma. of fic. l. ſcholarium.

z Barbarorum. ſ. de agen. in re. l. agentes. in princip. &. ſ. de commer. & mer. l. ĩj.

Valeat

TITVLVS XXX.

DE PRIVILEGIIS SCHOLARVM [t] †.

Magiſtri militũ ſenatores milites ſuos ſcholares uerberare uel degradare nõ poſſunt: ſed iſtud ſpectat ad officiorũ magiſtrum. Item magiſter militum ſuos domeſticos ſenatores ducenarios, uel cẽtenarios facere non poteſt. Bar.

Imppp. Theod. Archad. & Honor. AAA. I.

VIris ſpectabilibus comitibus [v], ſcholarũ verberãdi, degradãdi ve ſenatores [x] ac ducenarios, licẽtiã denegamus. ea nanque, quæ tali cõmotione digna ſunt, ad tuæ [y] ſublimitatis volumus referri notitiam. Inſuper etiã domeſticos eorum, non ſenatores vel ducenarios centenariosve fieri decernimus: pœna quinque librarũ auri plectendo, quiſquis hanc diuinã iuſsionẽ exceſſerit: ſcrinio verò Barbarorũ [z] † ſi tale quid, vel attentari paſſum fuerit, vel attentatum cõtra leges non ſuggeſſerit, de cem librarum auri condemnatione plectendo. Illud etiam obſeruari non ſine ratione conue-

† Scholares hic intelligit militares ſacropalatinos.

† Alias Barbaricorum, alias barbarorum.

a Valeat vſurpare.no.cõtra eos, q dicũt dñm Ottonẽ poteſtatẽ in fraudem vocari deſẽſorẽ.ſic. ſ. de na.lib.l.j.in fin.&.ff. de tut.& cura.da.ab his.l.ſcire oportet.§. j.& de tranſac.l. cum hi.§.ſi cum lis. Acc.

b HAc lege. Scholis.i.ſocietatibus militum armatorum.

c Tuæ celſitudínis.magiſtro officiorum loqtur.ſic.ſ.de dec.l.ij.in fin.

d Obſeruari.ſic.ſ. de caſtrẽ.l.vlt.in fi.& eſt ratio in vtroq; vt ſubñcit.& fac.ĩ auth. vt iud. ſine quoquo ſuf.§.qđ autẽ.col.ij. & vt nõ fiãt pi.circa. princ.& vt neq; mil. neq; fe.circa fin.&.ff. de of.præſi.l.iij.&.ſ. vbi ſe.vel cla.l.qcunq;.in fi.& ĩ q.cau.mi. ſo.præ.l.j. Sed cõtra. ſ.de agẽ.in re.l.ex eo. §.qđ multo magis &c.&.ff.de reg.iur.l. non debet cui quod plus eſt &c.ſed illa ex eo erat in vrbe: hic in prouincia.

e QVoties. Sẽ tẽtia.monitoria.

f Tui culminis.loquit magiſtro officiorum:vt.no.ſ.l.proxi.

g Scholares.expone vt in tit.

h Cõſtitutæ.hoc dic,vt.ſ.de di.l.mulieres.&.ff.ad muni.l.fi. §.viduam.& in authẽ.de nup.§.non tñ. col.iij.& ad id quod de matribus dicit, facit.ſ.de q̃ſtio.l.ij. Sed contra.ff.de ſenato.l. j.Sol.vt.no.ſ.de ꝓxi. ſacro.ſcri.l.in ſacris. circa prin.

i Serui.hoc dic vt.d. l.in ſacris.

k Cõſuetudine.ſic ſ.de diuer.of.l.viros.

l Suæ ſcholæ.officialis quidã erat.& facit.l.prædicta,in ſacris.§.fidei.

m Arbítro.i.iudici delegato.ſic.ff.de ap. ex conſenſu.A.

n Fortiſsimos.per hoc nota q̃ de militibus armatis loquitur.

o Remeãdi.ad militiam.

p Exceptis criminibus.proprie excipit à functionibus: improprie à tributis. & facit.ſ.de caſtren.

nit:ne is, cui domeſtici officiũ per militiæ gradum vel quinquennij tempus interdici cenſuimus, familiaritate comitis ſimulata,rem prohibitam alio nomine valeat vſurpare[a].

Militans in aliqua militia,qui ſtipendijs decurſis primicerius factus eſt omnibus priuilegijs ſibi competentibus perfruatur: & etiam in cauſis ciuilibus coram officiorum magiſtro tantum cogitur reſpondere.in criminalibus uerò cauſis hoc priuilegium non ſortitur.Bart.

Impp.Honor.& Theod.AA. II.

HAc lege decernimus, vt qui in ſingulis ſcholis[b] militant, quiq; poſt emenſa ſtipendiorum curricula, ad primiceriorum gradum perueniunt, & adorata noſtræ diuinitatis purpura, virorum clariſsimorum comitum meruerint, dignitatem: tam cingulo,quàm priuilegijs omnibus ſibimet competentibus perfruantur:ac deinceps vſq; ad finem vitæ foro tuæ celſitudinis[c] tantummodo ſubiaceant: nec ex alterius cuiuslibet ſententia ciuile ſubire litigium compellantur. In criminalibus ſanè controuerſijs, & in publicis tributis, ita etiam aduerſus tales viros prouincias moderantium congruam iuriſdictionem volumus obſeruari[d],ne ſub prætextu conceſſi priuilegij, vel flagitiorũ creſcat autoritas, vel publica vacillet vtilitas.

Imperator in hac lege concedit ſcholis,id eſt, ſocietatibus militum priuilegia, quæ conceſſit magiſtris ſacrorum ſcriniorum & agentium in rebus, & eorum principibus & conſiſtorianis: de quibus in.l.fi.ſ.de conſiſto.ſcilicet circa forum, circa fideiuſſorem, ſcilicet de iudicio ſiſti, circa ſolutionem ſportularum & ſimilia tam in urbe, quàm in prouincia. Et hoc ſit pro ſummario.

Imp.Anaſtaſius A. III.

QVoties ſuper cauſa ciuili vel etiam criminali,ex ſententia[e] videlicet iudicij tui culminis[f] ſcholares[g], vel eorũ coniuges(ſiue adhuc viuerẽt earum mariti, ſiue poſt mortem eorum in viduitate conſtitutæ[h] ſunt) matres ve eorũ in viduitate permanentes, aut liberi,qui non ſpecialiter alterius iudicis iuriſdictioni ſubiectam conditionẽ ſortiti ſunt, & ſerui[i] ad eos pertinentes conueniuntur: minimè eos, eas ve extranei fideiuſſoris ex actione vexari, ſed pro conſuetudine[k] vetuſtiſsima & iugiter obſeruata, numerarium ſuæ ſcholæ[l] fideiuſſorem præbere iubemus: hoc videlicet obſeruando, vt in criminalibus cauſis quinque alios primates ex triginta viris à primicerio vſque ad triginta retrò numerandis vnà cum numerario,volente ſcilicet & nõ recuſante,præbeant fideiuſſores,aut recuſantibus quinque (ſicut dictum eſt) viris extraneis, in criminibus tantummodo publicis fideiuſſor vnà cum numerario præbeatur:ita, vt executoribus non amplius ab ijs, quàm vnus ſolidus, ſiue per ſe, ſiue per procuratorem reſpondere maluerint,præbeatur. In ſubeundis autem cognitionalibus certaminibus,quoties cauſa fuerit arbitro[m] delegata: pro conteſtatione litis vnum ſolidum,& pro definitione ab arbitro recitãda,alterum vnũ,& nihil amplius dari decernimus. Quòd ſi cauſa in iudicio tui culminis ab ipſa conteſtatione litis,vel relatione iudicis, aut appellatione interpoſita ventilatur:pro inducenda cognitione non amplius,quàm tres ſolidos,& chartarum, vel recitandorum in cognitionibus inſtrumentorum nomine editionis quinetiam geſtorum, duos tantummodo ſolidos dabũt. Quoties ſanè apud viros clariſsimos prouinciarum moderatores:ex delegatione ſcilicet ſententiæ tuæ magnitudinis contra viros fortiſsimos[n] ſcholares,vel eorum coniuges, vel liberos,vel ſeruos cognitio celebretur:non amplius,quàm dimidiam partem conſuetorũ ſumptuum præberi decernimus:hoc etiam adñjciendo, vt qui acceptis commeatibus ad prouincias profecti fuerint, vſque ad quinque menſium ſpatium, intra quod ipſis erit remeandi[o] licentia: nullam penitus actionem ſuper ciuili videlicet negotio (exceptis criminibus[p] & tributarijs functionibus)ſuſtineant. Ne tamẽ ibi quoque[q],poſt quintum ſcilicet commeatus mẽſem,ex ſententia iudicij tuæ magnitudinis conuenti,in exigendis fideiuſſoribus aliquod ſentiant detrimentum,adiuratoriæ[r] eos cautioni iubemus cõmitti. Quoties autem ex verbis, & ſine vlla ſcriptis prolata ſententia[s] ijdem fortiſsimi ſcholares, vel eorum matres ſeu coniuges(vt dictum eſt) aut liberi,aut ſerui monentur: nihil pro ipſa executione ſportularum nomine penitus eos, vel eorum matres, ſeu coniuges, aut liberos (ſecundum ſuperius datam diſtinctionem)vel ſeruos prębere decernimus.

q Ibi quoque.ſ. in prouincia. nam poterit cõueniri poſt quinq; menſes:ſed certo mõ vt dicit.ad qđ eſt dictus.§.&.facit.ſ.vt mi.fori.præſcri.non vtantur.l.j.

r Adiuratoriæ.ſic ſ.de caſtren.l.fi.§.fin. & de proxi.ſac.ſcri.l. in ſacris.

s Sententia.ſ.citatoria:& dic de facto. nam de iure in ſcriptis ſunt conueniendi:niſi

Citari non debet quis ſine ſcriptis.

l.fi.§.fin.

in l.fin. ibi, ſive poſt mortem, collige quod etiam in priuilegijs exorbitantibus, habet locum illa cõis regula quòd uxores quadiu in viduitate durant poſſunt priuilegijs mariti q̃, de quo probatur Bart. & Joan. de platea. hic vi. relata per Tiraq. in tractatu ceſſante cauſa 1ª parte. 107. cum ſequentibus.

di:niſi ſit cauſa vilis, & partium conſenſu, vt ſubjcit.

a Cõſentiẽtibus. no.conſenſu partium ſententiare poſſe ſine ſcriptura.ſic.ſ. de epi. & cle.l.gñaliter. in fi. ſed hodie etiam ſine conſenſu partium: vt ſ.de ſen.ex bre.re. authen.niſi.&.fac.ad, l. ſ.de dig.leg. quoties. & idem in ſimilibus ibi not.in .l. quoties. &.ſ.de prox.ſac. ſcri. l.in ſacris.& de princ. agen.in rebus .l.fi.

DE CASTREN ſi omni. Pala. Id eſt,de militibus patiatij, qui principẽ ſequuntur:vt.ſ.ti.ſuperiori:ſed hic circa peculium.

c OMnes. Super fundũt, i.locupletãtur.R. & dic edicti de legibus quę ſunt.ſ. ti.ĩ.l.j.&.ĩ.quæ ſunt Conſtantini, vt iſta. Vel dic,quod nõ habemus.

d Si quando.alias ſi quãdo.alias ſi quamdum &c.

e Parcimonia.abũdat ſi.Et no. parcimonia ſic &.ſ.de epiſ. & cle.l.ĩ.&.ff.de pecu.l. peculium ex eo.

f Pręcipimus. vt.ſ. de bo.quę lib.l.pe. & fac.ſ.de aſſeſ.l, velut. & de adu.diuer.iu.l. fori.& de inoff.te.l.fi. & de ſilen.l.fin. & de epiſ.& cler.l.cum lex. &.l.ſacroſanctæ.&.ſ. tit.j.l.ĩj.in.fi.& de bo. poſ.ex teſt.mil.l.j. & famil.erc.l.ſi filius. & ff.de co.bo.l.fi.ſ. nec caſtrenſe.

g Signa noſtra.qa ſtant nobiſcum, & ſequunt nos: licet non ſint in caſtris, q̃ facit fieri alicui per aliquẽ ducẽ belli:vt.j. de re mili. l. nemo miles. Item not.de puluere.

h DE EQVEſtri dignitate. Cõuenit p̃cedẽtibus.

i EQuites. Romanos. qui Romã cuſtodiunt.nã & illi habẽtur pro abſentibus reipublicę cã:vt.ff.ex qui.cau.ma.l. milites. Et dic,q̃ aliqui præſidentes alĩ erant: non enim ſimplex militia eſt dignitas:vt.j.ti.ĩ.

Militia ſimplex non eſt dignitas.

Sed ſi talis ſit negotijs vilitas, vt etiam ſine ſcriptis conſentientibus[a] videlicet partibus, ſuper ea poſsit cognoſci: expectato ſine ſcriptis (ſicut dictum eſt) habendæ cognitionis euentu, ſi deteriorem calculum reportauerint,ſportularum nomine vnum tantũmodo ſolidum executori præſtabunt. Si verò cauſæ qualitas habẽdam in ſcriptis cognitionem flagitauerit:in hoc neceſſe eſt cauſu interlocutiõe in ſcriptis proferenda, ea quæ ſuperius de quãtitate ſportularum decidẽdarumq̃ cognitionum diſpoſita ſunt,obſeruari.

TITVLVS XXXI.

DE CASTRENSI OMNIVM PALATInorum peculio[b].

Palatini habentes aliquod priuilegium,quicquid quæſierint in officio morãtes ex donis principis,aut eorum induſtria principe conſcio, retinent tanquam caſtrenſe peculium: & à laborę caſtrorum non ſunt immunes.Bar.

Imp.Conſtan. A. I.

OMnes palatinos, quos edicti noſtri iandudum certa priuilegia ſuperfundunt[c], rem ſi quam[d], dum in palatio noſtro morantur, vel parcimonia[e] propria quæſierint,vel donis noſtris fuerint conſecuti, vt caſtrenſe peculiũ habere præcipimus[f]. Quid enim tam ex caſtris eſt, quàm quod nobis conſcijs ac propè ſub conſpectibus noſtris acquiritur? Sed nec alieni ſunt à puluere & labore caſtrorum, qui ſigna noſtra[g] comittantur, qui præſto ſunt ſemper actibus, quos intentos, & eruditos ſtudijs, itinerum prolixitas, & expeditionum difficultas exerçet. Ideoqué palatini noſtri, qui priuilegijs edicti vti poterũt, peculia ſua præcipua retinant,quæ dum in palatio noſtro conſtituti ſunt, aut labore(vt dictum eſt)proprio,aut donatione noſtra quæſierunt.

TITVLVS XXXII.

DE EQVESTRI DIGNITATE[h].

Imp.Iuſtinianus A. I.

EQuites Romanos[i] ſecundum gradũ poſt clariſsimatus[k] dignitatem obtinere iubemus.

TITVLVS XXXIII.

DE PERFECTISSIMATVS DIGNItate[l].

Imp.Iuſtin.A. I.

ODicillis perfectiſsimatus fruẽtur, q̃ impetrauerũt,ſi abhorreant à cõditione ſeruili, vel fiſco, aut curiæ obnoxij non ſint,vel ſi piſtores non fuerint,vel non in aliquo negotio[m] conſtiterint, nec ſibi honorem[n] venali ſuffragio emerint,nec rem alicuius[o] adminiſtrauerint.

TITVLVS XXXIIII.

QVI MILITARE[p] POSSVNT, VEL nõ poſſunt:& de ſeruis[q] ad militiam vel dignitatem aſpirãtibus:& vt nemo[r] duplici militia,vel dignitate & militia ſimul vtat.

Volentes militare,ſe debent etiam offerre ei, qui habet ius probandi:ſcilicet officiorũ magiſtro.Item nullus cauſa litis uitandæ militare poteſt.Bar.

Impp.Seuerus,& Antoninus AA. I.

SI militiæ nomẽ dare vultis: offerte vos ijs[s],qui probandi ius habẽt[t]. Non autẽ ignoratis eos,qui litis[v] cauſa militiã appetierunt, poſtulãtibus aduerſarijs ſolui ſacramento ſolere.

In fraudẽ ciuilium munerum nullus armatæ militiæ nomen poteſt aſſumere.Bar.

Imp. Alexander A. I I.

NOn tantùm decurionum filijs, ſed omnibus in fraude ciuilium munerum, nomina armatæ militiæ dantibus, fraudem prodeſſe diſplicuit[x].

l.ſi.in prin. Accur.

k Clariſsimatus. id eſt, conſulatus:vt. ſ.de do.& pro.l.ĩj.

l DE PREFEctiſsimatus dignitate.

Dignitas erat forte, vt eſſet dictus pfectiſsimus miles.

m Odicillis. Negotio. vili.

n Honorẽ.ſ.iſtũ.p bitate ergo daſ, non p̃tio.ſic.ſ. de epiſc. & cler.l.ſi quenquam.

o Alicuius.priuati ſine aliquo vili officio:vt.ſ.de di.l.ne qs. & facit.ſ.de agen. in re.l.agentes.ſ.j.

p QVI MI. POS ſunt,vel non. De armata militia loquitur:& de hac prima parte loquitur. j. e.l.j.ĩ.iij.&.iiij.

q Et de ſeruis. de hoc.j.eo.l.pen.&.vlt.

r Et vt nemo. de hoc.j.e.l.is.

s I militiæ. Iis. ſ.magiſtro militum & ducibus:vt. j. ti.ĩ.l.pen.

t Habent.ſ. debitis. vel habeas offerre.nec tñ ſine ꝓbatoria principis aggregantur:vt.j.ti.iij.l. neminem:alias non militet:vt in auth .de mã. prin.ſ.fi.co.iij.& fac. ſ.de fabricen.l.iiij.

v Litis.ſ. vitandæ. vt.ff.de re mil .l. iij.ſ. non omnis.&.l.fin.& fa.ſ.ſi propter publi. l.j.& de tab.l.j. & de decur.leg. qui derelicta.&.l.nequis. & .l. omnes.&. ſ. de procu.l.maritus.ſ.j, &.j. l.prox.

x NOn tantum. Diſplicuit. vt.ff.

vt.ff.de mun.& ho.l.iij.§.fi.&.facit.s.l.p.xi.cum suis concor.

a Cura. Saltuenses.pdiorũ conductores coloni, pratorũ saltuẽses dicuntur, vt.s.de fun.pa.l.fi.in princ.& fac.s.de agr.& cen.l.colonos.& de fu.co.l.j.& fi.& de manc.l.iij.

b Omnes Arriplant.fa.s.vbi curi.vel cohor.l.j.&.ij.&.s.de tab.scri.l.j.&.s.eo.ti.l.j.cum suis concor. Accur.

c Is quidem.alias eis.alias ijs.

d Absectis.i.separatis.sed valeret hoc, si separatim posset vti vt.j.§.fi.Accur.

e Ordinis.s.militię armatę vel inermis vt subijcit.

f Militijs.not.s.de assess.l.fi.& de postu.l.qsqs.&.s.de proxi.sacro.scri.l.hac parte.cum suis cõcor.&.ff.de col.Illy.l.j.§.ij.

† Mereant, [...]ut cer[...]rantur.

g Infructuosa.no.puniri affectum etsi nõ sequatur effectus.sic.s.de legi.& consti.l.ij.in fi.& in Lõbar.de consil.mor.l.si qs.& ne ad regẽ.ne.in.fi.l.iij.arg.contra.ff.qđ quisq; iur.l.j.§.fi.

h Susceperint.iudices, ad quos deuenerunt:vt.s.de preci.impera.offerẽ.l.rescripta.facit.s.si nu.ex rescrip.pen.l.j.in fin.& de pe.bo.subla.l.j.&.s.vt.lit.pẽ.l.ij.&.fi.& in authen.vt omnes obe.iudi.col.ij.

† Facit ad hoc capit.de multa.extra de prębend.lib.vj.vbi dicitur ꝙ nullus potest retinere duas dignitates.

i Restiterint.Nota sic.s.de decu.l.omnes.& de appella.l.quoniam.

k Gradus.i.ordo, quem percipient ante susceptam administrationem. M.& repete,fuerint sortiti.

l Parem.s.qualem dixit.s.e.l.in prin.ibi, detur electio.

m Quem.s.titulum.

n Verũ.pro sed.& est alias desistente.& alias desistendo.& alias dist.& idem est sensus.

o Monente.alias monente.& alias moderante.

p Conferendi.i.conferre.ad quod.s.de inoff.test.l.omnimodo.§.fin.& de pigno.l.vlti.& authen.ibi posita.&.s.de pro

Coloni, uel saltuenses ad militiam armatam uolentes uel inuiti non sunt admittendi. Bart.

Impp.Diocle.& Maximia AA. III.

Cura peruigili obseruare debebit sublimitas tua: ne coloni, vel saltuensis[a], aut vltro se offerentes ad militiã suscipiantur armatam, aut cogantur inuiti.

Curialis uel cohortalis conditionis existẽs ad armatam militiam non assumitur.Bar.

Imp.Leo.A. IIII.

Omnes omnino curialis vel cohortalis conditionis constituti, nullã armatam militiã in posterum arripiãt[b].

Duas militias diuersi generis, aut dignitatẽ & militiam eodem tempore quis habere non potest:secus si ad idem tendant.Bart.

Imp.Iustinianus A. V.

Is quidem[c], quibus indultum hactenus demonstratur,quò binis aut ternis pluribus've mereãtur † cingulis, non coniunctis ex prisca consuetudine,sed absectis[d] atque discrepãtibus: detur electio, quem retinendum sibi potius censeant, quem deferendum cognoscant:vt in eo, quod optauerint, firmiter maneant: eò quod despexerint, sine dubitatione repellantur†. In posterum verò nemini prorsus facultas pateat eodem tempore, plusquam vnius ordinis[e] nomen affectare: interdicendis in commune cũctis (vt dictum est) binis pluribus've militijs[f], nec dignitatem coniungere cuilibet alij cingulo concedi: vt & qui supplicandum de re vetita nobis existimauerint, poena decem librarum auri pro temeritate, quãuis infructuosa[g] plectantur: & qui susceperint[h] iussionem Augustam per subreptionem elicitam (quod nonnunquam contingit) decem librarum anri multa feriantur: scrinijs etiam necnon officijs, quorum hoc interest, si nõ restiterint[i], & hanc pragmaticam legem abiecerint, decem librarum auri dispendio puniendis.

Si quid autem contra hoc perpetretur: sciant omnes, quod extra concessum admissum est,aut actum fuerit, vel notis conscriptum publicis, simile habeatur,ac si nec impetratum, nec pronuntiatum omnino, nec insertum esset vllis matriculis,scituris etiam omnibus, qui merentes in ordinibus armatis,siue ciuilibus administrandas prouincias, seu gerendos quoslibet numeros,vel iam sunt seu decætero fuerint iussione nostra sortiti: & vt seruetur eis gradus[k] augusta pro meritis sanctione: parem[l] indulgendam sibi licentiam, postquam deposuerint solicitudinem, aut in priori cingulo protinus persistendi, nullo vindicando titulo dignitatis,quam solicitudo media præstiterit:aut retinendi splendorem, quem[m] acquisierint administrationis obtentu. Verùm[n] priore cingulo desistendi(monente[o] tamen innata nobis clementia) liberum esse cunctis perspeximus:si militia,qua decedendum est, inter eas habeatur, quas volentibus licet distrahere,& in alios eam conferendi[p], & pretia consequendi[q]: prout in ijsdem agminibus cõsueuerint hactenus: excipiendis videlicet, nec deducendis in hanc perpetuò conseruandam legem pragmaticam,ijs, qui binas militias simul compositas,& sociali nexas cõsortio fuerint assecuti: vt viris deuotissimis scholaribus atque canditatis fieri moris est:necnon in viris deuotis laterculensibus & pragmaticarijs, vel à secretis[r] contingit: & quos[s] memorialium,aut etiam agentium in rebus adornat cingulum:& si qui simili stipendiorum iunguntur[t] copula.

Dominus patiens seruum militare: dominio priuabitur, & iure patronatus.sed si eo ignorante seruus militiam fuerit adeptus: tunc intra triginta dies tantùm ex quo sciuerit,datur sibi eum uendicandi potestas. Bart.

Imp.Iustinianus A. VI.

Super seruis, qui postea ad quandam militiam aspirare tentauerint,vel scientibus,vel ignorantibus dominis, præcipimus, siquidem ignorantibus his eam meruerint[v] :licere dominis adire competentem iudicem, & suam ignorantiam, eò quod contrarium minimè † probatur,ostendere[x], eoq; modo spoliatos eos mi

xi.sac.scr.l.vnicuiq;.&.l.in sacris.

q Consequendi.i.consequi.

r A secretis.nomẽ officij.

s Quos.scilicet prędictos omnes.

t Iunguntur.s.per legem scriptam nõ p priuilegium prĩcipis viuentis.& nota.per hanc legem non licere habere duas præbendas.

Duas præbẽdas habere non licet.

v Super seruis. Meruerint. Not.ꝙ lex facit liberum.sic in authen.de san.episc.§.si seruus.coll.ix.& de nupt.§.si vero ab eo.col.iiij.& de mona.§.j.col.j.& de bo.lib.l.fin.in fine.&.s.de præposi.sac.cu.l.iubemus.in prin.Sed contra.ff.de re mili.l.alienam.vbi non fit liber.Solu.hic corrigit, vel hic erat electus: ibi sua autoritate vsurpauit.Itẽ cõtra.s.de ta.l.generali.Sol.vt.j.l.prox.

x Ostendere.Nota probari ignorantiam eoipso,ꝙ contra non probatur.sic ff.de acc.l.si cui.§.j.quilibet eñ ignorãs psumitur:vt.ff.de p.ba.l.verius.& instit.de le.§.quod autem.&.ff.de admin.tut.l.hoc autẽ.&.s.de præ po.sa.cu.l.iubemus.in fin.&.s.de peti.hære.l.qui se.Item quod dicitur probat, quomodo probat reus? Rñ.quia excipit asserendo.ff.de probat.l.in exce

Ignorantia probatur eo quod contra non probatur.

† Concor.c.j.cum gl.sup ver.mortis.extra de his quæ vi met.causa fiunt.

l. in exceptionibus. Item est ei mos gerendus: vt.ff.de probat. l.circa.&.facit.supra, de libe.cau.l.non mutant.

a Militauerint.tẽpore huius.l. & facit. ad.l.in authen. const. quæ de di.§.j.&.ſ. ne rei domi.vel templo. l.j.&.j.l.proxi.

b SI quis. Domínio ſeruí, hæc lex facit liberum: vt ſ.l.proxi. cum ſimilibus. Sed contra. ſ. de ta.l.generali. Sol. illa trahitur ad iſtã: imo ibi munus, hic dignitas.

c Accipientes. nã donamus noſtris militibus ſtipendia & alia: vt.ſ. de caſt. om. pa.pec.l.prima. &.j. tit.ij.l j.

d Imperfectum. ad hoc.ſ.ad Syl.l.fi.

e Præteritæ. vt.ſ. l.prox.

f Notum. Not. ſic ff.quando ap. ſit. l.j. §.fin.&.l.fin.&.ff. de cal.l.annus. & de excu.tu. l. quinquagínta. Acc.

g Spoliari. armata. vel inermi militia: vt j.ti.j l j.

NEGOTIATORES NE MILITENT.

h EOs. Ergaſterio. id eſt. ſtationi quaſi negotiationi.

i Prohibemus. hoc non nobilitatis defectu. nam & libertus militat: vt.ff. de teſt. mili.l.ſi duobus. & de bo.l.l.ſi filius. §. Papinianus. &. ſ. tit. j.l. pen. ſed quaſi ex vili officio non debeant aſſumi: vt. ſ. de di.l. neque. & de perfectiſsima dignitate.l.prima. &. j. de cohorta.l. antepe. & per id quod ſubjicit argentarijs, quaſi nõ ſit hoc vile officium: vt.ſ.titu. j. l. omnes. quia ſemper ibi animum habent. argu. ſ.loca.l. milites. Sed contra.ſ. de iur. om. iudic.l.vltim. vbi negotiatores militant. Solu. hoc nouum: illud vetus. nam hic dicit de cętero. Vel ſol. vt ibi.

k Hos enim. vt ſunt cæteri præter argentarios.

litia in ſuum dominium trahere. Sin verò ſcientibus his ſerui militauerint [a]: cadere quidem eos non tantùm dominio eorum, ſed etiam omni patronatus iure: illos verò ingenuos effectos, ſi quidem vtiles ad militiam eis datam viſi fuerint, in ea durare: ſin verò minimè idonei ſint, ea priuari. Super illis autem ſeruis, qui iam militauerunt, & adhuc in eadem militia perſeuerant, licentiam damus dominis intra triginta dierum ſpatium ab eo tempore connumerandum, quo præſens ſanctio diuulgata fuerit, vel noſtram adire clementiam, vel competentes iudices, & ſuam ignorãtiam cõmendare eoſq; in ſuum dominium recipere. quo tempore tranſacto, ſimili modo, tã dominio, quã omni patronatus iure cadere eos neceſſe eſt.

Dominus patiens ſeruum in dignitate eſſe, priuabitur dominio & iure patronatus. ſed ſi eo ignorante ſeruus ipſam fuerit adeptus: tunc intra triginta dies tantum ex quo ſciuerit, datur ſibi uendicandi poteſtas. Bart.

Idem Auguſtus. VII.

SI quis ſeruum ſuum dignitatem habere, quemadmodum militiam fuerit paſſus: ſpolietur & dominio ſerui [b], & iure quod pertinet ad patronos. Cui enim ferendum eſt homines à noſtra manu donationes accipientes [c], adhuc inter ſeruos haberi, & fortè cum ſuis dominis noſtram purpuram adorantes? In ijs itaque caſibus, in quibus non militia, ſed dignitas volentibus dominis, ſeruis acquiritur, eadem iura ſeruentur, quæ antea poſita ſunt: ne videatur noſtra ſanctio aliquid habere imperfectum [d]. Sciãt autem domini ad exemplum præteritæ [e] noſtræ conſtitutionis, quæ de huiuſmodi ſeruis loquitur, quòd niſi hoc intra triginta dies, ex quo eis hoc fuerit notum [f], manifeſtauerint, & competentem iudicem adierint, & ſpoliare eos dignitatibus curauerint: dominium eorum & ius patronatus amittant: nobis deliberantibus, poſtquam dominio ſerui fuerint liberati, & inter ingenuos connumerati, ſi oporteat eos habere dignitatẽ, vel ea quaſi indignos ſpoliari [g].

TITVLVS XXXV.

NEGOTIATORES, NE MILITANT.

Negotiatoribus eſt omnis militaris dignitas interdicta, exceptis argenti diſtractoribus, qui non ad armatam militiã, ſed ad aliam quãcumq; accedere poſſunt. Qui uerò ante hanc legem aſſumpſerunt, illam retinere poſſunt, dum tamẽ à negotiatione ſe abſtineant: aliàs militia priuarentur, armorum tamen conſtructores militiam obtinere, & ſuam negotiationem retinere ualent. Ioan. Pla.

Imp. Iuſtinianus A. I.

EOs, quiuel in hac alma vrbe, vel in prouincijs cuidam ergaſterio [h] præſunt, militare decætero prohibemus [i], exceptis argẽti diſtractoribus, qui in hac alma vrbe negotiantur. Hos enim [k], vtpote vtiles omnibus contractibus, armata quidem militia penitus abſtinere ſancimus: aliam verò quãcunq; ſine metu præſentis ſanctionis poſſe ſibi acquirere. Si qui verò negotiatores, quos omni militia prohibuimus, iam [l] militauerunt: eis licentiam damus, negotiationem quidem relinquere, militiam verò retinere: ſcientibus, quòd ſi poſtea negotiantes appareant, militia priuabuntur. Quod & in argenti diſtractoribus huius almæ vrbis, ſi armatam militiam iam ſortiti ſunt, tenere volumus: vt relicta negotiatione, liceat eis in eadem militia durare. Negotiantes etenim poſt hanc ſanctionem, huiuſmodi militia priuabũtur: illis, qui ad armorum extructionem [m] ſuam profeſsionem contulerint, minimè prohibendis ad competentem ſuæ profeſsionis venire militiam, & huiuſmodi negotiationem nihilominus retinere.

l Iam. ante hanc legem.

m Extructionem. quia arma faciunt, vel facta vſui coaptant. & facit ad. l.ſ. de aduo. di. iu. l. ne quis. &. ſ. de pig. l. fin. &. ſ. de argen. in re. l. agentes. §. exceptis. &. ſ. in quib. cau. mi. ſo. præ. l. j. &. ſ. de fa. l. iij. & quod nota. ſ. qui ex cau. maio. l. vlti.

DE RE MILITARI.

n STipendia & donatiua. Ponit pro eodem, vel quia quandoque vltra ſtipendia contulit præſentibus.

o Non iure. quia cauſa facti non continetur poſtliminio: vt.ff. quibus ex cauſ. ma. l. denique. Sed cõtra. ff. eodem. l. iij. §. is qui ad hoſtes. in fin. §. &. l. non omnes. §. penult. Solu. hic fuit captus præſidio: ibi ex improuiſo, dum iter facit, aut epiſtolã fert. vel ibi ex ſpeciali indulgentia principis non communi iure: vt dicitur in deſertore: vt. j. eodem. l. cum allegatis. &. ff. eodẽ. l. qui excubias. & facit. ſ. de dom. l. vlti.

viginti.

TITVLVS XXXVI.

DE RE MILITARI.

Miles captus ab hoſtibus, dum ibi eſt, ſtipendium uel donarium habere nõ poteſt. Bar.

Imp. Antoninus A. I.

STipendia & donatiua [n] temporis, quo apud hoſtes fuiſſe te dicis, reſtitui tibi poſtliminio regreſſo reſtitutoq;, non iure [o] deſideras

a VIginti. scilicet annorum.
b Sordida. s. patrimonialia: sed honesta subibitis: vt. ff. de priuile. vete. l. ñ. §. fin. sed à personalibus excusantur: vt. š. de his qui non imple. sti. l. pe.
c MIlites. Missi. cum, cõiunctio causalis.
d Vti possunt. vt š. de his q non imple. stip. l. j. & de infa. l. j. libr. x. & de dignit. l. neque. & l. iudices. & de assess. l. liberti. & de iudi. l. cum prætor. §. non omnes. & . ff. de ñjs, qui notãt. infa. l. ñ. §. ignominia. Accur.
e Arguãtur. scilicet Romæ. & etiam alibi vbi sit imperator, nõ stabunt: vt. ff. de ñjs, qui not. infam. l. ñ. §. ignominia. & de exc. tu. l. sed & milites. §. sed & ignominia. & ff. e. l. milites. §. missionum. Accur.
f DEfunctorũ. Cõstituit. sed & viuenti desertori pœna imponitur. q d' dic: vt. ff. eo. l. ñ. §. qui militiæ. & l. non oẽs. per totum. & l. pe. & š. qñ. li. vni. si. iudi. se vindi. l. ñ. & j. l. prox.
g CVm allegatis. Habeat. vt. ff. eo. l. ñ. §. qui militiæ. & l. pen. Sed ar. cõtra. ff. de ali. & cib. leg. l. is cui. Solu. ibi speciale in alimentis. vt. ff. de ñjs, quæ pro non script. ha. l. si in metallum.
h Poterit. š. eod. l. j. & š. de decur. l. ne qs. in fin.
i SEmel. Cõcedi. sine Augusti affatibus: vt. j. de diuer. offic. l. ñ. & argu. j. de cohor. l. si quis.
k Quando. p q a.
l Medicis. No. cõsulendos qui sciunt. sic & in authẽ. de nõ alienan. §. quod autẽ.
m Vitiũ. animi vel corporis: vt. & ff. eo. l. milites. §. missionũ. licet vitium non sit proprie corporis, sed vnũ p altero ponit: vt. ff. de ędi. edic. l. j. §. sed sciendum.
n FRustra. miles damnatus crimine militari vel cõi nõ fit infamis, nec dum militat. i. dum militia durat. nã statim vt infamis est, miles esse de

Idem Augustus. II.

VIginti [a] stipendia si impleſtis, ſordida [b] munera vobis non indicentur.

Missus à militia ignominiæ causa est infamis, & dignitatem consequi non potest: morari tamen potest ubique, præterquam in locis interdictis. Bart.

Idem Augustus. III.

MIlites ignominia missi [c] cùm infamia notantur: nullis honoribus, qui integræ dignitatis hominibus solẽt deferri, vti possunt [d]. habeant autem morandi vbi velint, potestatem, præterquã in eis locis, in quibus specialiter arguantur [e].

Bona militis deserentis in desertione defuncti confiscantur. Bart.

Imp. Alexander A. IIII.

DEfunctorum in desertione bona confiscari diuus Marcus & Antoninus pater meus constituit [f].

Desertor indulgentia principis restitutus non habetur pro tempore, quo deseruit, perinde ac si militasset in castris: & ideo pro illo tempore stipendium non petit. Bart.

Imp. Gordianus A. V.

CVm allegatis septem annos in desertione egisse maritum sororis vestræ, & indulgẽtia nostra esse restitutũ: non rectè desideratis, vt id tẽpus, ac si in castris fuerit, habeatur [g]. Proinde excepto eo tempore, quod ad desertores pertinet, restitutus ex indulgentia nostra, residuo militare debebit: ideoq; nec stipendia temporis, quo in desertione fuerit, exigere poterit [h].

Missus à militia ex causa ægritudinis, factus sanus instaurandus non est: tamen mitti non debet, nisi medicis hoc denuntiantibus, & iudice hoc inquirente. Bart.

Idem Augustus. VI.

SEmel causaria missis militibus, instauratio nõ solet concedi [i] obtentu recuperatæ valetudinis melioris: quãdo [k] non temere dimittantur, nisi quos constet medicis [l] denuntiantibus, & iudice competenti diligenter examinante, vitium [m] contraxisse.

Damnatus de crimine militari miles existens non infamatur, etiam factus ueteranus. Bart.

Idem Augustus. VII.

FRustra [n] vereris, ne nota [o], quæ propter delictũ militare interceſſerit, exiſtimationem [p] tuam [q] iam veterani [r] læsisse videatur: maximè cùm nec ex eo delicto, quod in paganorum potest cadere personã, notatos milites post missionem placuerit esse famosos.

Imp. Philippus A. VIII.

CAusaria missus, nulla existimationis macula aspergitur [s].

Dans operam, ut Barbari Romanos deprædantur, uel prædam factam cum eis diuidẽs, uiuus comburitur. Bart.

Imp. Constantinus. IX.

SI quis Barbaris scelerata factione facultatem depręda tionis in Romanos dederit [t], vel si quis alio modo factam [v] diuiserit [x]: viuus comburatur.

Miles, qui à principe meruit suam familiam ad se uenire: coniugem suam potest facere uenire. Bart.

Idem Augustus. X.

QVicunq; militum ex nostra autoritate familias suas ad se venire meruerint: non amplius quàm coniuges [y], liberos, seruos etiam de peculio castrensi emptos [z], neque adscriptos censibus, ad eosdem excellentia tua dirigi faciat.

Tribuni uel milites in loco deputato stare debent: nec possunt uagari. Bart.

Imppp. Grati. Valentin. & Theodos. AAA. XI.

TRibuni, vel milites nullam euagandi per possessiones habeant facultatem: sed cum signis propriis in mansionibus solitis ac publicis maneant [a]. At si quis tam necessaria scita contempserit: de eo [b] ac tribuno eius ad nostrã sciẽtiam rectorum ac defensorum relationibus protinus referatur: quatenus seruerissimè in eos animaduertatur.

Præsentibus militibus quis se balneare non præsumat, aut equos lauare nisi secretè. Bart.

Impp. Arcadius & Honor. AA. XII.

CVm supra virẽtes flumi[c]nũ ripas omnis legionum multitudo cõsistat: ideo quida autoritate decernimus, vt nullus omnino immũdo fimo sorditatis fluentis

finit: quia iam non posset stare vbi princeps: vt. š. eod. l. milites. in fi. nec factus veteranus: vt hic: & sic mitius agitur cum milite, q̃ cũ alio in infamia: secus in pœna debita quandoq;: vt. ff. de pœ. l. quædã. quæ est contra. & est ratio vt dixi. sunt autẽ crimina militaria: vt. ff. eo. per totum. cõmunia patent.
o Nota. i. infamia.
p Existimationẽ. id est, famam.
q Tuam. id est, tui.
r Veterani. scilicet facti.
s CAusaria. Aspergitur. vt ff. eo. l. milites. §. missionum. & ff. de ñs, q no. infa. l. ñ. §. missionum.
t SI quis. Dederit. vt potestas castri Franci. permisit venire Mutinẽses corruptus ab eis vel forte diuisit cũ eis prædam, quam fecerant sine eius conscientia.
v Factam. depræ dationem.
x Diuiserit. cũ eis vel dic inter eos. & not. similis pœna. š. vbi causa fis. l. vniuersi. Accur.
y QVicũque. Coniuges. alias coniugia. Et nota vxorem domesticam seu familiarem: vt not. š. de ñjs, qui ad ec. confu. l. vlti. §. sane. & facit ad. l. ff. de offi. procon. l. ñ. §. ñ. & š. de vxo. mili. l. j. & ff. de pac. do. l. inter. §. conuenit.
z Emptos. hi enim nec puncto &c. vt. š. pe agri. & censi. l. colonos.
a TRibuni. Maneãt. id est manere debeant. Et not. quod hæc verba cum signis propriis pñt legi cum præcedenti & subsequenti litera. & facit. j. de commer. l. j. Accur.
b De eo. s. milite, q contempsit. Accur.
c CVm supra. Fluentis. hoc fluentũ, huius fluẽti. Sudores.

Vxor inter domesticas & familiares numeratur.

a Sudores. i. equos ipsos sudatos. nam spoliat se scutifer in aqua. Et no. curialem legē contra eos: qui more bestiarū se inuerecunde balneāt in nauigio. & facit ad. l. ff. de aqua plu. arc. l. apud Trebatium.

† alias, sudore.

b NEmo. Deputati sunt. qui dicuntur palatini: & ad eius mensam sunt.

c Vrbe. Constantinopolitana: nec tamen ad mensam eius.

d Legionibus sunt. scilicet in alijs locis.

† alias, præsē tes esse comitatui &c.

e Vacet. i. nec propria nec aliena faciat: vt. supra. de procura. l. militem. &. argu. ś. de aduoc. diuer. iudi. l. ij. & de princ. agen. in re. l. j. Sed cōtra. supra de procu. l. qui stipendia. Solu. ibi non offenditur disciplina: hic sic: vt. j. eo. l. milites. Vel ibi permissu principis. Vel dic vacabat: id est, otiosus stabat.

f Quinque libris auri. sic. ś. de fer. fugi. l. quicunque.

g Citam. id est, velocē. & facit in authē. quomo. opor. epi. ʃ. non aliter. col. j.

† numerario

h Vagari. facit. ś. de aduo. diuer. iudi. l. ij. & quando liceat vni. l. ij. &. ś. de primi. l. ij.

i COntra publicam vtilitatem. quod semper præsumitur, nisi principis ad sit autoritas: vt patet.

k Comites. qui dicantur comites rei militaris: dic vt. ś. de comi. rei. mi. l. j. &. ij.

l Commissa. immediate in aliqua prouincia.

m Comitatensibus. qui sunt in vrbe non ad mensam: sed palatini ad mensam: vt. ś. l. proxi. Accursius.

n Ipsis. ſ. comitibus vel ducibus. Accursius.

o Legionibus. ſ. militiæ, quod est. j. & nominat quasdam militias, de quibus non trahitur: vt & alias ponitur. & caue, abundat ipsis quidē: vel quod est. j. cuiquā eorum. sed oblitus dixit cuiquam eorum.

† Iscit ad hanc. l. quod dicitur in ca. ad apostolicam cum gl. super ver. phibēdum. extra de regul.

commune poculum polluat, néve abluendo equorum sudores [a] †deproperans publicos oculos nudatus infestet: sed procul à cunctorum obtutibus, in inferioribus partibus fluuiorum hoc ipsum faciat.

Impp. Theodosius, & Honorius AA. XIII.

NEmo miles ex ijs, qui præsentes diuino obsequio nostræ clementiæ de putati sunt [b], & qui in hac alma vrbe [c], præsenti † comitatui concessi sunt, quíve de alijs numeris, vel legiōibus sunt [d]: vel sibi vacet [e], vel aliena obsequia sine nutu principali peragere audeat. Qui autem in huiusmodi facinore fuerint conuicti: militia exuti pœnas consentaneas luere compellantur. Si verò, qui in priuato obsequio militem retinere fuerint reperti: quinque librarū auri [f] multæ nomine feriantur. Si verò quisquam missus à numero †, vel à tribuno ad comitatum serenitatis nostræ peruenerit (aliter enim eos hoc facere vetamus) illico se viris illustribus comitibus, sub quorum regimine constituti sunt, offerre festinet, & causas professionis exponat: vt & responsum cæleste mereatur, & citam [g] remeandi accipiat facultatem. Si quis autem milites per prouincias relictis propijs numeris, passim vagari [h] præsides earum cognouerint: correctos faciāt custodiri, donec de his clemētiæ nostræ auribus intimetur: & quid fieri oporteat, decernamus.

Miles de uno numero ad alium se transferre non debet: nisi utilitatis publicæ causa princeps consenserit. Bart.

Iidem AA. XIIII.

COntra publicam † vtilitatem [i] nolumus à numeris ad alios numeros milites nostros transferri. Sciant igitur comites [k], vel duces, quibus regēdæ militiæ cura commissa [l] est, non solùm à comitatensibus [m] ac palatinis numeris ad alios numeros milites transferri non licere: sed ne ipsis [n] quidem, seu de comitatensibus legionibus [o] seu de castris riparensibus †, castrensianis, cæterisq́, cuiquam eorum transferendi militem copiam attributam: nisi hoc Augusta maiestas publicæ vtilitatis [p] gratia fieri iusserit: quia honoris [q] † augmentum non ambitione, sed labore ad vnumquenque cōuenit deuenire. Quòd si quis contra fecerit: per singulos milites singulas auri libras à se nouerit exigendas.

Miles armatæ militiæ, agrorum cultui, custodiæ animalium, mercimoniorum quæstui non est deputandus. Bart.

Imp. Leo. A. XV.

MIlites, qui à reipublica armantur & aluntur, solis debent vtilitatibus publicis occupari: nec agrorum cultui [r], & custodiæ animalium, vel mercimoniorum quæstui, sed propriæ munijs insudare militiæ. Nullum præterea ex militibus post hac prædictis obsequijs vacare magnitudo tua patiatur: sed frequentes in numero suo esse iubeat: vt armorum quotidiano exercitio [s] ad bella se præparent. Quòd si quis ex militaribus iudicibus vllos militum, tam diuinis [t], quàm regijs [v] vel priuatis domibus ac possessionibus, diuersisq́ alijs obsequijs [x] contra interdictum serenitatis nostræ crediderit deputandos: sciat † se [y] ab eo, qui contra vetitum fecerit, & ab eo, qui ausus accipere militem fuerit, per singulos milites singulas libras auri protinus exigendas.

† alias, sciat & ab eo qui contra &c.

Milites ciuilium curam non debent assumere. Bart.

Idem Augustus. XVI.

MIlitares viros ciuiles curas [z] arripere prohibemus: aut si aliquam huiusmodi solicitudinem fortè susceperint, & militia statim, & priuilegijs omnibus denudari decernimus: formidantibus ijs motum nostræ serenitatis, qui

p Vtilitatis. & cū solennitate quæ est. ś. de offic. ma. mili. l. milites. & facit in authē. vt. om. obe. iudi. prouin. ʃ. arripiat. colla. j. Et no. q̄ interim dum extrahitur ab vna, & mittendus est in aliam, testatur iure militum: vt. ff. de bo. pos. ex test. mili. l. j. in fi. Acc.

q Quia honoris. sic. j. de diuer offici. l. j. &. ś. de offic. magi. offic. l. j. &. ij. &. j. de tyro. l. fi. Accur.

r MIlites. Cultui. sic. ś. eod. l. nemo miles. &. ś. loca. l. milites. &. l. vlti. &. ś. nego. ne mili. l. j. & in authent. neque miles neq́ fe. &. ś. de procu. l. militem.

s Exercitio. quo sciētia crescit: vt. ff. de leg. ij. l. legatis. ʃ. ornatricibus.

t Diuinis. id est, fiscalibus.

v Regijs. id est, patrimonialibus, vt differant.

x Obsequijs. scilicet fiscalibus.

y Sciat se. alias se: & tunc dic magnitudo sua. alias à se: & tunc dic iudex: qui cōcessit militem accipere in locis priuatis. supra. eod. l. nemo miles.

z MIlitares. Curas. vt munera personalia: vt. ś. qui pe.

† Riparenses milites existimat hic esse dici Alci. qui in imperij limitibus exercebant p Republ. aduersus Barba.

† Concord. glos. j. in fin. in cap. officij rui. extra de elect. vbi refertur hęc verba. & glo. pe. in capit. cum post prope finem. eo. titu. & ca. per nostra. iuncta gl. j. in fin. de iur. patro.

qui pe.tu.l.armatę.et facit.ſ.l. proxi.ſ.qd' ſi quis.cum ſuis concor.

a Temeritate. ſcilicet ſua vel aliqua.

b NEminem. Limite. cuſtodiẽdo.ſ.ſtent milites,vel pedites.

c Probatorias. ſic ſ.e.l.contra publicã. &.j.de diuer.offi.l.,probatorias.&.j. de cohor.l.ij.&.ſ. de pal. ſac.largitio.l.non aliter. Accur.

d Sortiantur. ſic ſ.de offi.magi.mili.l. milites.

e TAm collatores. Dicatiſsimos. id eſt ditiſsimos: à dito ditas, id eſt,diutiẽ facere: vel, id eſt, ſacrator: inde dedico.

f Remedium. facit.ſ.de offic. præfec. prętо. Aphri.l.in nomine domini.

g Agentibus. ſcilicet contra milites: vel his agentibus.

h Magnificam. hoc non vt detrahatur honori magiſtri militum cũ & duces ſint ſub eo: vt.j. eod. l.fina.

i Immenſuris. alias in menſuris, & alias in menſuras.

k Curaturus. alias curaturos. alias curaturis.

l Spontanea. ſic.j. de ſalgamo.l.ij.&.ſ. de ra.vir. l.j. circa fin.

Holoand. ber, in Al-

Numinis.

temeritate[a] ſaluberrimis ſtatutis obuiam ire tentauerint.

Nullus in aliquo numero militum poteſt militare ſine licentia principis: ſi tamen aliquis de numero deficiat, magiſter militum & dux belli in illius locum alium ſubrogabit, facta prius declaratione principi. Barto.

Imp. Zeno. A. XVII.

NEminem in † nullo numero equitum, vel peditum, vel in quolibet limite[b] ſine noſtri nominis† ſacra probatoria in poſterũ ſociari concedimus: conſuetudine, quæ hactenus tenuit, antiquata, q̃ magiſterię poteſtati, vel ducibus probatorias[c] militum facere: vel militibus adiungere licentiam tribuebat: vt ij tantũ in numeris, vel militijs militent, qui à noſtra diuinitate probatorias conſequuntur.

Viros autem eminentiſsimos pro tempore magiſtros militum, nec non viros ſpectabiles duces, ſi ſupplere numeros pro ijs, qui fatalibus ſortibus decreſcent, neceſſarium eſſe putauerint, veritate diſcuſſa, per ſuggeſtionem ſuam noſtrę manſuetudini declarare, qui, & quanti. & in quo numero, vel limite debeantur ſubrogari: vt ita demum prout noſtræ ſederit maieſtati. diuina ſubnotatione ſubnixi militiam ſortiantur[d]: officio, quod tuæ ſublimitatis actibus obſecundat, centum librarum auri diſpendio feriendo, ſi ex aliqua parte, quæ ſtatuit noſtra ſerenitas, fuerint violata.

Milites in partibus Orientalibus morantes obedire debent iuſsibus ducũ eorum in caſibus occurrentibus pro communi utilitate prouidendis: & in cauſis ciuilibus & criminalibus, non coram magiſtris militum, ſed coram præfecto prætorio Orientis: uel coram ducibus eorum reſpondere debent. hoc dicit uſque ad uerſi. eo ſcilicet obſeruando.

Imp. Anaſtaſius A. XVIII.

TAm collatores & prouinciales, quàm fortiſsimos milites, prout oportet gubernari, minimeq; læſionem aliquam ſeu diſpendium perpeti properantes: eſſe neceſſarium perſpeximus dicatiſsimos[e] milites, qui de diuerſis præſentalibus numeris per Orientis partes noſcuntur conſiſtere: virorum ſpectabilium ducum iuſsionibus obedire: vt quicquid emerſerit, quod pro communi ſecuritate curandum eſt, hoc protinus, vtpote militari præſidio in proximis locis conſtituto, competens poſsit adhiberi remedium[f]: ita videlicet, vt etiam agentibus[g] cauſas tam criminaliter: quàm ciuiliter prę fati milites iam non apud magnificam[h] migiſteriam per Orientem poteſtatem vel ex ſententijs ſeu præceptionibus eius, ſed per interlocutiones ſeu diſpoſitiones tam excelſæ tuæ ſedis, ſub cuius iuriſdictione conſiſtunt, quàm eorundem ducum reſpondeant.

Ad reſponſum, quod prius præfecto mittebatur ad magiſteriam poteſtatem. debet poſt hanc.l. mitti ducibus belli. Item licet etiam duci facere ſuam ſolicitudinem & executionem ad reſponſum procedens ab officio alicuius magiſtri militum in locis, in quibus non extant apparitores præfecti.

Eo ſcilicet obſeruando, vt ad reſpõſum, quem de officio tuæ ſublimitatis hucuſque ad prædictam magiſteriam per Orientem poteſtatem moris erat deſtinari, viris ſpectabilibus ducibus inhæſurus[i] † mittatur: tam per ſe, quam per adiutores ſuos eodem iudices obſeruare, & iuſsiones eorum implere curaturus[k]: licentia ei non deneganda etiam ad reſponſum, qui de officio alterius viri excelſi magiſtri militum præſentalis pro hac noſtra diſpoſitione deſtinatus, in locis, in quibus apparitionis tuæ ſublimitatis ad reſponſum non contigerit reperiri, ſuam ſolicitudinem pro emergentibus maximè cauſis peragere: cuius etiam illi, qui de altero officio mittendus eſt, præbemus facultatem: vt non tantùm per adiutores ſuos, id eſt, ad reſponſum ſed etiam inuicem ſe adiuuando, nec publicis, nec priuatis cauſis, vel executionibus abeſſe videantur. Ad ſingulos etenim duces ad reſponſum de apparitoribus noſtris nõ perſpeximus oportere deſtinari: ne per multitudinem eorũ qualibet machinatione damna contra milites noſtros augeri contingat.

† Alias, in méſuris mittantur. &. j. paulo poſt curaturos.

Milites conuenti coram iudicibus ſoluunt unum ſolidum pro ſportulis, & duos ſolidos, cùm unus numerus ſeu uniuerſitas militum conuenitur: ex quibus ſolidus uuus tantùm pro expenſis ingreſſus litis ſoluitur: quod etiam in perſona aduerſarij ſeruatur. Et pro uniuerſitate duo tantùm primates ſeu principaliores ipſius uniuerſitatis & ſyndicus conſtitutus conuenire debet.

Vt autem omnifariam tam publicæ commoditati, quàm fortiſsimis proſpiciatur militibus, ſportularum nihilominus exactionem meritò cenſuimus moderandam: & iubemus nec ipſis ad reſponſum, nec adiutoribus eorum pro criminalibus ſeu ciuilibus cauſis (etiam ſi ex publicis cauſis deſcendere, vel ad publicam cauſam pertinere dicantur) licere aliquid plus quàm vnum ſolidum à ſingulis, vel nolentibus, vel ſpontanea [l] voluntate offerentibus ſuſcipere militibus: ita, vt ſi vniuerſitas numeri ſeu principiorum monenda ſit, duplicata quantitate tantummodo ſportulas accipiant. In his etenim cauſis nec plures, quàm duos primates, quorum nomina ſemel ac primùm geſtis inter-

a Ordinando. vt ff. quod cuiuſ. vniuer. no. l. nulli. & l. ſequenti.

b Forma. quia æqualitas debet eſſe in iudicijs: vt. ſ. de proxi. ſa ſcrini. l. in ſacris. §. & quoniam. Ac-

Aequalitas in iudicijs eſſe debet.

c Arbitris, i. delegatis priuatis hominibus. ſic, ff. qui ſatisda. cogan. l. arbitro.

d Vlterioris temporis. facit conſtitutio Fride. de feudis.

e Sentẽtias, quod eſt abſurdum: vt. ff. de libe. cau. l. ſi pariter. & facit. ff. de in ius voc. l. iij. & iiij. in prin, & de iudi. l. ij. §. legatis.

f Antelatas. ſcilicet in princi. huius. l. & fa. ad legẽ in authen. de quæſtio. §. ſi vero aliquis. col. vj.

g DE CASTRENſi peculio mili. &c. De hoc non dicitur in text. ſic. ſ. de relig. in titulo.

Si uenientibus fuerint publicata, patimur conueniri: ſyndico videlicet, prout conſuetudo depoſcit legibusq; cautum eſt ordinando[a]. Hoc quoq; adiecto, vt pro omnibus & quibuslibet expenſis faciendis in ingreſſu iudicij duciani, vnum tantummodo ſolidum nihilq; amplius milites, vel ſyndici litigantes, dependere cõpellantur; vt huiuſmodi ſolatium ad cõmodum & ad reſpõſum, & eius adiutorum, & exceptorum proficiat: nihil ſibi vſurpare, vel ſuo nomine poſcere, vel viris deuotis principalibus, qui ducianum obſeruant iudicium, vel dicianam apparitionẽ de præfatis litibus concedẽdis: ita videlicet, vt ſuper litis expenſis in perſonis etiã eorum quicunq; milites pulſare maluerint, eadem forma[b] ſeruetur.

Duces poſſunt cauſas militares per ſe cognoſcere, ac ſi eſſent principalibus delegatæ. Item ad curam ducum ſpectat, quando conuocant ad ſe milites de uno loco ad aliud, quòd collatores nullis grauentur expenſis: nulla neceſsitate cogente milites accedant. ſi autem exigente neceſsitate, tunc intra tringinta dies milites debent ſibi expenſas miniſtrare, poſt triginta uerò dies tenentur collaterales prouinciales expenſas itineris exhibere Barto.

Erit autem arbitrij atq; æſtimationis virorum ſpectabilium ducũ, pro qualitate negotiorum, vel quãtitate, quæ deuotiſsimis militibus ab aduerſarijs eorũ ingeritur, vel ſuã audientiã interponere litigijs: vel eorum diſcuſsione dicatiſsimis principijs ſeu arbitris[c] in locis degentibus committere. quibus viris ſpectabilibus ducibus & eos obſeruantibus ad reſponſum, ſeu adiutoribus eorũ curæ ſit, ſi quando ad eoſdẽ duces milites accerſiti fuerint, vel de locis, in q; bus conſtituti ſunt, moueri præcepti, ne quolibet modo curiales ſeu collatores quibuſdam afficiantur diſpendijs: ita ſcilicet, vt pro militibus inſpiciendis quãdocũq; voluerint viri ſpectabiles duces etiã præſentales deuotiſsimos milites adhibere: nõ immodicã multitudinẽ eorũ tẽpore pacis cõuocare procurent. Sin verò etiam neceſsitate poſcẽte milites ad alia perueniãt loca, læſionibus contra curiales ſeu collatores nihilominus modis omnibus abſtineant: & ſi tã in eũdo, q̃ in redeundo triginta tantũ dies oporteat eos proficiſci: ipſi ſuas expenſas ſibi præbendas (collatoribus ſeu curialibus minimè prægrauãdis) ſuſcipere nõ ceſſent. Sinautem vlteriore tẽpore in alijs locis neceſſe ſit eos commorari: expenſas eis vlteriores[d] (vt dictum eſt) temporis ad que peruenerint loca, miniſtrari.

Iudicium ciuile uel criminale intentatum contra militem coram uno iudice, non poteſt intentari criminaliter coram alio, niſi primo peracto: & idem econuerſo: & contra faciens punitur. Item per hanc iuriſdictionem conceſſam ducibus non derogatur iurisdictioni magiſtrorum, ſub quibus ſunt ipſi duces, hoc dicit uſque ad fi. l.

Quoniã verò comperimus quoſdã temerario atq; iniquo propoſito: anteriore tempore certos de memoratis militibus tam in iudicio ſublimitatis tuę, quàm apud excelſam migiſteriam per Orientem poteſtatem in accuſationem deduxiſſe: & eoſdem eodem tempore ad diuerſa quoq; protraxiſſe iudicia, diuerſasq; ſuper ijſdem perſonis, ijſdemq; cauſis & negotijs prolatas fuiſſe ſententias[e]: ne poſtea nihilominus tan tę contra milites noſtros inſidiæ, tantaq; confuſio querelis, quas eis ingeri contigerit, generentur: nemini liceat apud ſedem magnitudinis tuę accuſatione contra militem ſeu milites præſentales depoſita, conuentioneq; oblata, eundem vel eoſdem criminaliter, vel ciuiliter per iuſsionem virorum ſpectabilium iudicũ, vel ducum inquietare, antequam negotium ex priori actione, prioreq; conuectione finem legitimum ſortiatur. Idemq; verſa vice obſeruari, vt ſi quidẽ miles ſeu milites prę ſentales prouiſione viri ſpectabilis ducis incuſati ac admoniti fuerint: incuſatori licentia denegetur agenti poſtulationem ſeu accuſationem in iudicio tuæ ſublimitatis cõtra eundem militem vel eoſdem milites deponere: nec ſi eundẽ vel eoſdem tam criminaliter, quàm ciuiliter obnoxios eſſe firmauerit, facultem eidem agenti ſupereſſe: & ſaparatis intentionibus ſuis, pro criminalibus quidem tuæ celſitudinis iudicium, pro ciuilibus autem viri ſpectabilis ducis ſublimitatẽ, ſeu † verſa vice occupare. Si quis verò ad huiuſmodi tam audaciſsimum tanquam † æquitati contrarium conamen proſilierit: eum pro pecuniarijs quidem negotijs iactura litis & damnorum, quæ vitio eius contigerunt, ſolutione percelli: pro criminalibus autem quaſi calumniatorem conuictum, legum aculeos ſentire. Diſpoſiones autem antelatas[f] non ad imminuendã poteſtatem migiſteriæ per Orientem adminiſtrationis, ſed pro tuitione locorum, ac ſecuritate publica noſcimus præſtitiſſe: cùm non dubium ſit, ipſos etiã duces, quibus fortiſsimi prę ſentales milites parere præcepti ſunt ſub eadem excelſa poteſtate eſſe conſtitutos.

† alias, ſub verſa vice.

† Alias, tamque.

TITVLVS XXXVII.

DE CASTRENSI PECVLIO MILITVM ET præfectis annonæ[g].

Filius in poteſtate militans, quæ ob eam cauſam accepit ex dono à patre matre, uel alijs propinquis, uel amicis, & quæ ei occaſiõe militiæ ſunt quæſita, in caſtrenſi peculio numerantur: non autem matris hæreditas prædium uerò donatum, in caſtrenſi peculio non eſt: ſed ſi ſit emptum ex caſtrenſi peculio efficitur caſtrenſe. Barto.

SI in potestate. a Nō dubitatur. vt.ſ.ſi quis alteri vel ſibi.l.ij.& inſtitu. de inutil.ſtipu.§. ei qui. &.ſ.de bo.proſcript. l.ſi quis poſt hāc.§.fi.

b Mobiles. nō im mobiles:vt hic. &.ſ fam.ercis.l.ſi filius.& fa.ff.e.l.iiij.&.v.&.l. ſi forte.&.l.caſtrenſe. &.l.pe.&.ff.de fa.l.ſi pater.

c Donatum.niſi notitia caſtrenſi:vt.j. proxi.

d Conditionis.vt ſunt caſtrenſia. & ſic no.q̄ res ſuccedit loco pretij fauore militiæ.ſic.ſ.de rei.vē.l.ſi vt proponis.alias cōtra:vt.e.tit.l.ſi ex ea.

e FIliufamilias. facit.ff.de contrahen.empt.l.inter pares.& de don.l. filiuſfa.in fine.&.ſ. de pa. po.l.iij.in prin.etiam iure nouo quo habet proprietatem aduentitiorum:vt.ſ.de bo. quæ lib.l.vlti.§.filijs autem.fa.ff. quæ res pig.oblig. poſ.l.j.

f ERat.Sacramē ti.militiæ: vt inſtit.quib.mo.ius pat. pot.ſol.§. filiusfami.

g Patris eſt. vt. ff. eo.l.ex nota.&.l.miles præcipua.§.j.&.ſ. de bo.quæ lib.l.cum oportet.§. exceptis. Accurſius.

h CVm allegas. In eiſdem. ſic ff.eo.l. miles filiusfamil.ſecus ſi in alijs & nunquā ſ.cum in eadem prouincia militaſſet:vt.ff.eod.l.dotem.§.fina.

i Nonnihil.i. non parum.Et no.q̄ conſuetudo auget affectionem parētelæ:vt ff.eo.l.pe.in princ.

INtelligis.Quę ſitam. vt.ff.e.l.j. &.ij.ad.l.Fal.l. filiufamilias.&.ſ.de bon. quæ lib.l.ij. Sed hodie contra: vt in authen.de hære.ab inteſta.§.ij.col.ix.

IVs caſtrenſis. Adiutricis noſtræ. vel adiutrices noſtræ. Sed videtur contra.ſ. de teſt.mili l.pe.Solu.hic ſcriniarius erat miles:ibi nō vel hic in ruſtico:ibi non.vt in eo.titu.l.finali.&.ff. de bo.poſ.

Imp. Alexander A. I.

SI in poteſtate tua filius tuus fuit eo tēpore,quo quædam nomine eius emiſti:ea tua eſſe non dubitatur[a]. Peculio autem caſtrenſi cedunt res mobiles[b],quæ eunti in militiam à patre,vel à matre, aliſs've propinquis,vel amicis donatæ ſunt: item quę in caſtris per occaſionem militiæ quæruntur:in quibus ſunt etiam hæreditates eorum, qui non alias noti eſſe potuerunt, niſi per militiæ occaſionem,etiam ſi res immobiles in his erunt. Matris autem hęreditas, quamuis in militia delata ſit, ad peculium caſtrenſe non pertinet. In caſtrenſi verò peculio prædium donatum [c] non eſſe cōſtat: quamuis empta ex caſtrenſi peculio prædia,eius cōditionis[d] efficiantur.

Idem A. II.

FIliusfamilias [e] alienationē nullius rei ſine voluntate patris habet,niſi caſtrēſe peculium habeat.

Licet quis militet,non propterea liberatur à patria poteſtate.Bart.

Idem Auguſtus. III.

ERat, qui tibi perſuaſit, quòd nexu paternæ poteſtatis,iure ſacramenti [f] ſolutus es. Manent enim nihilominus milites in poteſtate parentum : ſed peculium caſtrenſe proprium habent:nec in eo vllum ius patris eſt[g].

Hæreditas fratris quæſita militanti in caſtris in caſtrenſi peculio numeratur.Bart.

Imp. Gordianus A. IIII.

CVm allegas te à fratre tuo eodemq̄ commilitone in eiſdem [h] caſtris inſtitutum hæredem : ſucceſsionem eius potius caſtrenſi peculio tuo,quàm patri, cuius in poteſtate es,per te quæſitam videri,rationis eſt. Etenim peregrinationis laborem † ſociatum commilitij eius, & obeundorum munerum conſortium affectioni fraternæ nonnihil[i] addidiſſe, quinimo vice mutua chariores inuicem ſibi eos reddidiſſe credendum eſt.

Impp. Diocletianus & Maximianus AA. V.

INtelligis filio, qui militauit, defuncto, peculium eius penes patrem remanſiſſe, non hæreditatem patri quæſitam[k].

Milites ſcriniarij,& exceptores,& cæteri militātes habent caſtrenſe peculium.Bar.

Imp. Conſtantinus A. VI.

IVs caſtrenſis peculij tam ſcriniarios, quàm exceptores, cæteroſq̄, qui in officio tui culminis merendi licentiam habere noſcuntur : acſi in legione primæ adiutricis noſtræ [l] reipublicæ militent, inuiolatum habere præcipimus.

TITVLVS. XXXVIII.

DE EROGATIONE MILITARIS annonæ.[m]

Imp. Conſtantinus A. I.

REpetita[n] † conſuetudo monſtrauit expeditionis tempore bucellatū [o] ac panem[p], vinum quoque atque acetum, ſed & lardum, carnem etiam veruecinam milites noſtros ita ſolere percipere:in duobus[q] diebus buccellatum †: in tertio die panem: vno die vinum, alio die acetum[r]:vno die lardum[s],biduo carnem veruecinam.

Impp. Valent.& Valens AA. II.

VIceſimo non amplius lapide [t] milites ſibi iubemus paleas conuectare[v].

Milites,ut aliquid in cœna habeant,à prouincialibus nihil poſſunt accipere. Bar.

Idem AA.& Grat.A. III.

CŌnaticorū [x] † nomine milites & eoram ſuperinſtantes [y] nihil penitus à prouincialibus accipere audeant.

ex teſta.mili.l.j. Vel hic habet ius caſtrenſe:non tamen dicit.q̄ iure militari teſtetur. & facit infra, de appari.mag.mi.l.ij.

m DE EROGA. milita.&c. Quid & vnde habeant milites ſtipendia.

n REpeta. quia fuerat primo conſuetudo, ſed deſijt: deinde redijt.

o Bucellatum.i. bucellas * panis aliquas ſiue aliquor, ſicut habent fratres: vel ſecundum P.dic vt.j.tit.l.ij. alias aliter ponitur buccellas.ſ.ad.l.Iul.de vi.l. omnes.

p Panem.integrū.

q In duobus. alias biduo:& alias duobus diebus.

r Acetum.cum lactucis agreſtibus imo ad bibendum : quia etiam de vino dicit: & ſic faciunt Florentini,qui acetum in exercitu portār,& faciunt hoc, vt reſpu. non grauetur. argu. infra,eodem.l. iubemus. Item vt aſſuefcant ad malum : vt ff.de mili.teſt.l.j. Itē quia non fiunt ebrij: ſicut ſi quotidie vinum & carnes haberent, ſed an de ſuo hoc poſſent facere? Forte ſic.& facit.j.de ſal. hoſ.non præſtan. l.j.&.ſ.de fru.vr.Cōſtan.l.j.

s Lardum. ad condimentum.

t VIceſimo. Lapide .i. miliario:vt inſti.de excuſtu.§.quod autem.& eſt ratio ſecundum Pla.vt facilius de p̄ximo poſſint vocari,& vt paleas in area dimittant. & facit.j.e.l.puincialiū.

v Conuectare. alias conuelare.

x CŌnaticorū. vt aliquid forte in cœna habeant.

y Superinſtantes. puta forte procuratores, qui inſtabant annonas colligere & accipere ſecundum Al.ſed Bononiæ dicuntur, qui præſunt captis Mutinenſibus.& facit infra,de ſalgamo.lege.j. & de metatis

* At tu dic pané buccellatum, pané caſtrenſem, ad diuturnitatem exactum de quo apud Spart. de poſcénia, & Amianum,qui pro eo,quem vulgo dicimus pané biſcoctum, poniait,ſi dictum qd̄ in buccellas ac quaſi teſſellata fruſtra diſſectus ſit.

Florentini acetum in exercitu portāt

† Tenorem huius.l. recitat glo.in ca. quanto. ſuper verbo,p̄grauari.circa me. extra de de çenſi.

† Alias, ſic, in duos dies bucellatum, in tres pané.

† In vetuſtis quibuſdā ex empl. legitur venaticorū.

metatis.l. deuotum. &.l.seq &.ĵ. eod.l.septem.

a Sicut. Limites. alias limites,& alias milite : ad quod ŝ.de anno .& tri.pro locis. cum suis concor.

b Ordinabis.loquitur præfecto prætorio.

c In veteranis. id est,antiquis,vbi horrea publica & annonæ publicæ sunt repositæ.sed. ŝ. proximo casu.vel non erat castrum:vel erat sine annona.

d Conditis.id est, de annona publica ibi reposita. ad quod ŝ.de condi. in publicis horreis. per totũ. Accur.

e Actuarij. Pictacia. id est, scripturas breues secundum H.quæ continẽt,quãtum ex publicis conditis receperint vt militibus darent:sed ad distribuendum aliud tempus datur.quod dic vt.ĵ. eod.l.per hanc.ŷ.hoc videlicet.

f Addicantur. id est,cogantur.

g Fortissimi. Capita.i quod pro cuiuslibet militis persona præstabatur.Et not.hic honorem in recipere nolentem. sic.ff.de act. empt.l. ratio.ŷ.ĩ per venditorem.

Honor nolẽti nõfertur.

h Nvlli. Delegantur. hodie. non deleganť: vt.ĵ.eo. l. annonas.q̃ est contra.

i Expetit.puta pretium. & not. contra Albe. calui. in eo q̃ sic faciebat contra rusticos. Item facit.ŝ.de condi.inser.l.fi. &.ff. de statuli.l.iij.ŷ. Stichum. Accur.

k Prouincialiũ. Comites.Nota illustres comites. Arg.contra.ŝ.de comiti.qui pro re.l.j.

l Peruenire.scilicet in notitiã.

† Aesibi debitam.

m Iuxta legem.i, à vicesimo lapide,& non amplius:vt.ŝ.eodem.l.ij.vel ad castra tantum:vt.ŝ. eod.l.ĩ cut.alias vbi illæ sunt valent.

n Excellentia tua.loquitur p̃fect.prætorio.

Sciant etenim milites, quòd oportet eos commoda sua quę annonarum perceptione adipiscuntur,accipiẽtes, extrinsecus detrimentis prouinciales non afficere.

Annonariæ species prouinciales tribuendæ sunt militibus existenbus in castris uicinioribus: & milites constituti in castris ueteranis duas partes tantùm annonæ ibidem retinere debent,tertiam uerò partem extrahere.Barto.

Imppp. Valens, Grat.& Valentin. AAA. IIII.

Sicut fieri per omnes limites [a] salubri prospectione præcipimus: species annonarias vicinoribus limitibus à prouiucialibus ordinabis [b] ad castra conferri.sed in veteranis [c] castris constituti milites duas alimoniarum partes ibidem de conditis [d] sumant:nec amplius,quàm tertiã partem ipsi vehere cogantur.

Constituti ad deferendum seu describendũ militares annonas,si intra triginta dies annonam receptam & militibus assignatam non ostenderint per publicum instrumentum,tam reipublicæ,quã militibus de suo inferre cogentur.Barto.

Imppp. Grat. Valentin. & Theodos. AAA. V.

Actuarij,nisi expleto triginta dierum spatio,pictacia [e] authẽtica cõfestim tradiderint:species,quas ex fiscalibus conditis dissimulauerint excludere,vel numero cuius ratiocinia pertractant, superfederint erogare:de propriis facultatibus, vel militibus ipsis,vel fiscalibus horreis addicantur [f] inferre.

Militibus præstanda est annona singulis diebus:& ante lapsum anni.& si eam noluerint recipere fisci commodis applicatur.Barto.

Imppp.Valentin. Theodos.& Arcad. AAA. VI.

Fortissimi ac deuotissmi milites annonas & capita [g] singulis diebus, aut certè competenti tempore, id est, priusquam annus elabatur, de horreis consequantur : aut si perceptionem suam acsi † debitam,studio voluerint protelare ; id, quod competenti tempore minimè perceperint, fisci nostri commodis vendicetur.

Qui tempore fertilitatis annonam neglexerit recipere de publico, tempore caristiæ pretium ipsius,aut annonam non petet . Bar.

Imppp.Theodos.& Arcad.& Honor. AAA. VII.

Nvlli militarium † pro ijs annonis,quæ in prouincijs delegantur [h] repudiata ad tempus specierum copia & inopiæ occasione captata, pretia liceat postulare:ita,vt si quis propter anni abundantiã suscipere oblata neglexerit, ac postea impositis pro necessitate rerum pretijs, repudiata taxauerit:neque id quod contra hanc legem expetit [i],sinatur exigere:neque id, quod accipere dissimulauerit , consequatur.

† alias militum.

Fœnum militibus & uexiliferis opprotunum, ac etiam scholarum tribunis & comitibus illustr[i]bus ad domum eorum habitationis apportatur.Bart.

Impp.Arcad.& Hor.AA. VIII.

Prouincialium comodis nos conuenit subuenire.Ad omnium itaque numerorum,siue vexillationum :aut etiam scholarum tribunos,vel viros illustres comites [k] sublimitas tua faciat peruenire [l],vt meminerint fœnum militibus iustis capitibus præstandum,iuxta legẽ [m] diui Valentiniani:nec tamen † ad oppidum deferendum.

† Nec non in exẽ. Vict. quod & videtur conuenire cum epitome.

Omnis erogatio annonæ reo per susceptores facta in scriptis est redigenda:& etiam quantitas ipsius annonæ susceptæ,quam debent principi declarare,& si quid ultra acceperint quam scripserint,in duplum tenentur. Bartolus.

Iidem AA. IX.

Excellentia tua [n] erogationis per susceptores [o] factæ modum quantitate breuium conferri prospiciat : ita,vt quo die numeris datum sit , deligentius expleretur:ac si quid amplius actuarios,vel opinatores [p] accepisse constiterit, quàm breuium datorum [q] scrinijs nostris, veritas cõtinet:memorati in duplum reddere compellantur : susceptoribus ea summa imputanda,quam semel flagitantibus eosdem erogasse monstrauerint. Nam ad illustres quoque viros magistros vtriusque militiæ sacri apices cucurrerunt,quibus prouida sanctione decreuimus,vt breues ante indictionis [r] principiũ summa fide ac veritate confecti,ad nostra scrinia dirigantur,secundum quos à susceptoribus erogatio celebretur.

o Per susceptores.scilicet qui suscipiebant à prouincialibus & dabant militibus.

p Opinatores. id est, exactores : vt.ĵ.eo. l.opinatoribus.

q Datorum. sunt enim dandi nobis: vt.ĵ.eo.l.vlti.

r Indictionis.principium.vt in authen. de colla.in princ.col. ix.&.ĵ.eo.l.opinatoribus.&.ŝ.de apo.l.j.

s Ivbemus. Vino. Not. vinum annonam dici. Accursius.

Opinato-

Post calendas nouembris militibus uinum nouum,non uetus tribuitur. Bartolus.

Iidem.AA. X.

Ivbemus p oẽs ꝓuincias cũ nũeris ac militibus à nouẽbri mẽse de nouello vino [s] annonã

a OPinatoribus. Cõmerciũ. vt &.ŝ.de ſuſce. l.j.&.ij.&.ŝ.de offic. re.prouin.l. nullum. Item facit.ŝ. de exacto.tribu. l. miſsi.& j.de excu. & exact.l. ſiue. Accur.

b SEptẽ. diebus. habeas inſtantes. quod eſt. j. alias dierum.& dic ſpecies ſeptem dierum &c.ſed ſupefluit*reſiſtentes. & dicas,q̃ pro minori pretio,q̃ alijs dabarur his:vt puta plauſtrum lignorum nomine. Accur.

c Stellaturæ. qđ remouet. Et no.foro venalium.ſic.j.de cohor.l.ſpeciebus.&ad l.Aquil.l.ſi ſeruum.

d Adærentur. id eſt,in ærarium deferantur *per hoc qđ datur prædictis.alias adhibentur,alias aduehentur.

e LEge. Tentauerit. impediẽ doexactores exigere,quod debet ſolui.

f Dux. ſi ipſe hoc fecerit,vel eius officialis. Vel dic niſi punierit facientem.& ſecundum hoc facit in auth. de depoſi. & denun.ſ.j.

g IIs ſcholaribus. Per opinatores.& expone vt.ŝ.

h Hæredibus. facit.j.e.l.per hanc. in fi.&.ŝ.de aduoca. diuer.iudi.l.poſt duos. ſ.j. & de proxi.ſac. ſcri.l.ſi quis.& de domeſti.l.fi.&.ŝ.de an. ciui.l.j.&.j.de primipilo.l.j.

i ANnonas Aerariæ. id eſt,ærarium pertinere, & de ærario ſolui. videtur ergo contrarium ŝ.eod.l. nulli. dic vt ibi. Vel hic non prohibet accipi ſpecies, ſed debet accipere à fiſco taxato pretio, quod ibi nolebant facere milites,ſed tantum pretium.

k Tui culminis. præfect.præto.loquitur. Accur.

l IVbemus per hanc. Sublimitatis.loquitur magiſtro equitum.

m Pro iuſtitiæ.ſic ŝ.de iudic.l. rem non nouam.in princip.& ſ.patroni.& in auth. vt ij,qui obli.ſ.ij.col

dari:quoniam veteris diſpendioſa videtur erogatio.

Exactor militaris annonæ cũ prouincialibus nullum debet habere commercium ad hoc, ut communem ſummam intra annum poſsit conferre.Barto.

Iidem.AA. XI.

OPinatoribus, id eſt, exactoribus militaris annonæ,nullum ſit cum prouincialibus commercium[a]:ita,vt à ducibus,vel officio prouinciali omnis ſumma debiti poſtuletur,intra anni ſpatiũ conferenda.

Septem diebus fori militibus non uenduntur res pretio uiliori.Bart.

Iidem A A. XII.

SEptem diebus[b],per quos tribuni prætoriani emolumenti gratia ſolenniter ſtellaturæ[c] † nomine ſpecies conſequuntur:ſpecies reſiſtẽtes nõ aliter adærentur[d], niſi vt in foro rerum venalium diſtrahantur.

Miles impediens exactionem annonæ,uel conſuetam erogationem,pœna hic inſerta punitur. Bart.

Iidem A A. XIII.

LEge repetita cenſemus. vt ſi quis militum intercluſam ſpecierum exactionem refricare tentauerit[e], vel adæratione ſtatutas auſus fuerit immutare: tam vir ſpectabilis dux[f], centum librarum auri,quàm eius etiam officiũ pari condemnationis ſumma quatiatur, adiecta ſacrilegij pœna, quæ diualium ſcitorum violatores palàm inſequitur.

Exactor militaris annonæ ſcholari ad numerum cogendum deputato unum ſolidum præſtabit: deputato uerò ad onus præſtandi equis annonam,ſalarium debitum dabitur unà cum annona,etiam ſuis hæredibus ipſo defuncto.Bar.

Imp.Honor.& Theod.AA. XIIII.

IIs ſcholaribus, quibus laborum intuitu regendos numeros dedimus, de ærarijs annonis ſingulos ſolidos per opinatores[g], caballationis quoque rationem pro adminiſtrato tempore debitam, quando militibus erogatur, ſine mora præberi oportet: vel ſi quis eorum, antequam accipiat, in fata conceſſerit: quod ex vtraq̃ cauſa ei debebatur, hæredibus[h] eius reſtitui.

Annonæ debitæ ì publico uniuerſis officijs & ſacri palatij miniſterijs, ſacrisque ſcrinijs & cæteris adminiculis dignitatum præberi eis debent in pretio taxato.Bartolus.

Imp.Leo A. XV.

ANnonas omnes,quæ vniuerſis officijs atque ſacri palatij miniſterijs,& ſacris ſcrinijs,cæterisq̃ cunctarum adminiculis dignitatum aſſolent delegari,quasq̃ ij, qui ad earum exactionem mittuntur, pro cupiditate & libidine ſua grauiter ex prouincialium viſceribus eruebant: ad ſimilitudinem militum, quibus ærariæ[i] præbentur annonæ, adhærere præcipimus,vt omnibus ſuprà deſignatis, emolumenta debita in pretijs diſpoſitio tui culminis[k] pro publica vtilitate taxatis, præcipiat erogari.

Erogator iurare debet ſe officium legaliter & ſecundum iuſtitiam peracturum,& ſua manu numerare debet militibus annonam eis debitam. Bartolus.

Imp.Anaſtaſius.A. XVI.

IVbemus per hanc diuinam diſpoſitionem eos, quibus ex officio tuæ ſublimitatis[l] militarium meritorum ſeu cuiuslibet præſtationis committitur erogatio,in primis iurare pro iuſtitiæ[m] ratione iniunctam ſibi ſolicitudinem peracturos, & ſecundum præſentem ſaluberrimæ noſtræ diſpoſitionis obſeruationem ſolatium (ſicut dictum eſt) publicum erogator manu ſua ſine vllo dolo & fraude ſingulis militibus enumeret: quatenus vnuſquiſque miles accepto per ſuam manum ſolatio, ipſe cum actuario de negotiatione[n] actuarijs permiſſa ſecundum rationem agat iuſtitię: hoc videlicet obſeruando, vt pro ſingulis ſolidis actuario, ſiue ſtatim,ſiue poſt vnum duós ve, ſeu amplius annos reſtitutum fuerit debitum[o], minus quidem vno tremiſſe, pro temporis ſcilicet breuitate paciſci liceat:amplius autem, quã vnum tremiſſem nullus actuarius pro quoquo tempore ſeu annorum ſpatio paciſci penitus permittatur:nec vlla poſsit actuarius machinatione pro temporis prolixitate vnius quantitatem tremiſsis excedere.

Si tempore erogationis ſtipendiorum oriatur quæſtio inter militem præſentem & actuarium de lucro ex pactione actuarij debito:pecunia deponitur apud principes militum,donec per eos principes propoſitis eis ſacroſanctis euangelijs cauſa interim fuerit terminata.Si uerò errogationis tempore miles fuerit abſens ex legitimo commeatu intra taxatum numerum: ſequeſtatur pecunia in inſtrumento contenta apud dictos principes,donec poſt reuerſionem militis fuerit cauſa terminata inter militem & actuarium per ipſos principes.Barto.

Si qua tamen inter actuariũ & militẽ ſuper

l.vj.

n De negotiatione.nam aliquid paciſcebatur ſibi reſtituti actuarius,vt ſubijcit.

o Debitum.videtur, quo mutabatur militibus: & dicit tremis

Lucas de Pena in præſe... ſides seu rectores ciuita... tendos a principe exp... ipsius ciuitatis. cuius... bat hodie L.1. et 2ª ... et vi. 010. D. Couarr. nº 5. fol. 1ª col. 2.

tremis secūdum H.i. tertiam forte solidi ad plus sed plerunq; minus, vel à triente. sic.j. de mili. veste.l. iij. Accur.

a Consuetudinē. sic.j.de diuer.offi.

b Retineri. videntur ex eo retineri,q; non dantur militi, sicut mulier videtur stare in primo matrimonio eo,quod non nubit secundo: vt in auth.de nup.§.soluto,col.§.iiij.nam stat apud superiorem in sequestro,vt dicit.

c Propositis.non tactis.sic.ē.de epis.& cleri.auth. sed & iudex.& de iud.l.rē nō nouam.

d Negotiatione. scilicet decreuisse.

e Constitutio.scilicet ista:vt.j.§.prox.

f Sequestrentur. sic.ē.de prohi.sequestra.pe.l.j.contra.Solu.hic speciale: vt & ē.de agri. & cen.l.litibus.

g Pictacia.i.scripturam breuem,secūdum Hugo.

h Decem ex denotissimis.No.decem testes necessarios sicut & alias.xv.vt.ē. de proxi.sacro.scrin. l. vnicuiq;. regulariter contra.ff. de testi. l.vbi. Itē no. sub præsentia sic.ff. de testi,l. testiū.& in authē.de hære.& Fal.§. hinc.

i Negotiatione. quia forte in ea est erogator.

k Simulatque.id est postquam.

Ministram pactione,vel negotiatione tē/pore erogationis emerserit dubitatio: iubemus eidem militi dandas pecunias ab erogatore principis dari,& secundum hactenus obseruatam consuetudinē [a] easdem pecunias,vel ab erogatore principis, vel ab actuario retineri [b], quatenus causa apud deuotissima principia, propositis [c] sacrosanctis scripturis, inter actuarium & militem tractetur, vt ex omni parte miles nullum damnum sub quacunq; occasione præterquam id, quod eum ex iusta & permissa actuarijs negotiatione [d] debere constiterit,patiatur.Super ijs verò,quos datis fortè cōmeatibus abesse contigerit,hoc volumus obseruari: vt pecuniæ, quæ erogādę sunt,vsq; ad triginta milites,quos tantummodo datis commeatibus dimitti sacra constitutio [e] continet, apud deuotissima principia sequestrentur [f],illorū scilicet tantummodo militū,quorum intra triginta commeatales viros constitutorum actuarius tempore erogationis pictacia [g], vtpote habita super pactione, protulerit, quatenus cùm ijdem redierint milites, causa apud deuotissima principia secundum præfatum modum tractata, vtriusq; partis indemnitati similiter consulatur.

Tribunus triginta militibus tantum potest dare licentiā cōmeādi: & si pluribus dederit, illi plures non habebunt stipendium, sed erogator rationi publicæ reportabit: ipse tamen tribunus eis de suo proprio satisfaciet. Bart.

Non danda pro tempore tribuno licentia triginta viris amplius sub cōmeatus occasione dimittere. Sin verò saluberrimam constitutionē auferendo,amplius,quàm triginta viros datis commeatibus tribunus dimittere ausus fuerit, pecunias quidem, quæ post præfatorū triginta virorum numerum per commeatus dimissis militibus erogandæ fuerant, publicæ rationis erogator non dubitet reportandas. Sciat verò tribunus præter iam constitutas super huiusmodi facinore interminatiōes, sese de propriis facultatibus singulis militibus,quibus vltra numerum triginta virorum sub nomine commeatuum eos dimittendo, causa non consequendi publica solatia, dederit: quicquid ob iniquam dimissionem amiserint, soluturum. Nec prius idem tribunus ab eodem decedat numero, nisi omnes huiusmodi milites,id est,quos post per missam triginta virorum quantitatem, cōmeatus nomine dimiserit, indemnes in hac parte atque illæsos reddiderit. Hoc etiam adijciendo,vt sub gestorum testificatione tam decem ex deuotissimis [h] principijs primates eorum, videlicet,quàm vnusquisque caput scholæ iuratus deponat sub præsentia sua rem (sicut superius dispositum est) fuisse subsecutam, & sub obtutibus suis vnum quemq; militem solatiū suum manu sua ab erogatoris dextera suscepisse:& huiusmodi gesta,relatione à viro clarissimo tribuno, vel deuotissimis principijs intra tres menses mittenda, ex quo profectus fuerit, numerādos,ad nostram referat pietatem. Hoc videlicet ante omnia curando,vt pro tempore erogator, postquam datæ fuerint ex publico pecuniæ,intra duos vel tres menses seu quatuor,pro qualitate scilicet spatiorum, commissam sibi solicitudinem erogationis nō dubitet faciendam, vel si vlterius apud se pecunias publicas, differendo erogationem, ausus fuerit retinere: sciat se modis omnibus damnum, quod ex negotiatione [i] miles sustinuerit, ex propriis facultatibus militi soluturum. Scientibus ijs, qui præfatæ dispositionis obseruantiam,siue in differenda vltra sigillatim definitum temporis spatium erogatione,siue in quali bet alia parte fuerint egressi,non solùm sese militiæ cinguli amissionem,verum etiam facultatum quoq; suarum publicationem pro tanto subituros flagitio: & insuper erogationum quoq; solicitudinem ab officio tuæ celsitudinis (si imperatoria fuerit violata dispositio) ad alios transferendam. Si verò idem officium simulatq; [k] huiusmodi fuerit à quolibet facinus perpetratum, ad notitiam nostræ mansuetudinis, vel certè ad scientiam illustrissimæ magisteriæ referre curauerit potestatis,vt eiusdem apparitionis † periculo tale flagitium principales minimè possit aures latere: quatenus ex omni parte eodem delicto reuelato, quicunque saluberrimas nostræ constitutionis, vel pietatis ordinationes ausus fuerit violare, interminatas minimè possit pœnas euadere: ita, vt singulis militibus, qui non obseruato in eorum persona tenore dictæ dispositionis, læsi fuerint, liceat sacratissimum nostrum, per vnum fortè, vel etiam binos milites pro omnibus verba facturos,petere commeatum & porrectis precibus, quod contra nostram dispositionē passi sunt,approbare: eoq; facto,statutis

† apparitio

violator imperatoriæ dispositionis supplicijs percellatur.

Illud præterea omnibus modis obseruari decernimus, vt erogator omnes pecunias, quę mortuis militibus vsq; ad diē mortis eorum debitæ fuerant, secundum iam datam diualē dispositionem vxoribus, vel liberis eorum non dubitet ministrandas[a].

Milites deputati ad custodiam alicuius personæ uel loci, annonam de publico non percipiunt: sed à constituta persona salarium habebūt de publico. Item milites non debent ad custodiam alicuius deputari sine principis licentia obtenta in scriptis. Barto.

Imp. Iustinianus A. XVII.

CVm sæpe contingat propter quasdam maximas & inexcusabiles rationes[b], q; busdam ad custodiam vel ob aliam huiusmodi causam[c] milites deputari, vel etiam iam deputatos esse, & non conueniat hoc modo publicum aliquod damnū seu dispendium sustinere: iubemus, si qui fortissimi milites ex quocūq; numero curijs, vel quibusdā corporibus, vel sacrosanctis ecclesijs, vel alijs personis pro custodia (vt dictū est) vel tali alia causa à nostro noīe† deputati sunt, vel fuerint, nec per eorum translationes, circa annonarum vel capitū† eis præbendorum erogationem, publicis rationibus quædam læsio ingeratur[d], eandem rem de proprio personam seu etiā personas, cui vel quibus deputati sunt, vel fuerint, hæc modis omnibus agnoscere[e], hoc tantummodo de publico pro ijsdem annonis & capite præbendo & imputando[f], quod in locis, ex quibus præfati milites perueniunt seu perueuerunt, imputabatur: vel si ante latā præstationē supradictæ personæ recusauerint, eosdem milites non recedere de suis locis, vel eos, qui recesserint, sine quadam mora ad ea redire: hoc omnifariam custodiendo, vt nemo deuotissimorum militum cuicunq; perso-

ne seu corporis sine speciali nostræ serenitatis iussione[g] scriptis proferenda deputetur: officio tuæ celsitudinis[h], si hanc nostræ mansuetudinis formā, quoties super militibus quibusdam deputandis aliquid statutum fuerit, gestis insinuare, & quid eos, quibus dati sunt, prout nobis placuit, agnoscere oportet, itidem publicare minimè curauerit, tam dispendium quodcunq; publicum hac ex causa sustinuerit, ei de proprio resarcire, quàm tringinta librarum auri multam propter desidiam suā imò magis conniuentiam, dependere cogendo: rectoribus nihilominus prouinciarum & apparitoribus eorum, si statuta nostra violauerint, seu violari concesserint, eiudem condemnationis solutione percellendis.

a Ministrandas. facit. ſ. eo. l. his scholaribus.

b CVm sæpe. Rationes. ꝓpter timorem forte galdanæ.

c Causam. ſ. forte propter dictū personarum vel rerum.

d Ingeratur. prostipendio puta taliū militum.

e Agnoscere. videtur, q; custoditus à nuntio communis debeat soluere nuntio non communi, p l. istam. sed certe imo ille, qui facit custodiri: vt patet. j. ibi, vel si ante latam &c.

f Imputando. id est, quod soliti erant antea de publico habere pro salario, hoc habeant: non autem plus à publico. sed ab eo in cuius stant seruitio.

g Iussione. sic. ſ. de manda. princi. l. j.

h Tuæ celsitudinis. loquitur præfecto. Accursius.

i DE EXCOctione &c. Expone, vt patebit j. eodem.

k Opinatores. id est. exactores. militaris annonæ: vt. ſ. titu. j. l. opinatores.

l Delegantur. vt ibi exigant, & militibus dent, qui ibi sunt pro republica.

m A nullis. id est, non petant ab illis famulis excoctionē panis, quos consuetudo excusat. & sic no. pro consuetudine prouincialium. sic. ff. de offi. procon. l. obseruare. ſ. obseruare. &, l. si in aliquam. ſ. & ferias. &. ſ. de testa. l. testamenta. &. ff. de aqua plu. ar. l. si prius. & de decu. l. nō enim. ſ. vlti. &. ſ. de expen. lud. l. j. &. j. de diuer. offi. l. viros. sed ab alijs omnibus, quos consuetudo non excusat, efflagitent: vt. j. proxim.

n Tua. magistro militum loquitur. Accur.

o IN excoctione. buccellati. i. * panis azimi: q ideo buccellatus dicitur. quia facile per buccellos, id est, per parua & minima frusta diuiditur. P.

p In trāslatione. id est, in deferendo ad milites, qui ibi, ꝓpe in limitibus sunt.

q Nullius. nisi cōsuetudo excusset: vt. ſ. l. prox. & ad idem. ff. de mune. & hono. l. iij. ſ. eos.

r Domus. si quam in ea prouincia habemus. ad quod. ſ. vt in emptione specierum. l. j. &. j. de cur. pub. l. nullus. &. ſ. de priui. do. aug. l. iiij.

s In procuratorem. cum dominus abest. ad quod. ſ. vnde vi. l. meminerint. & de fal. mo. l. j. ſ. actore.

t Posthabita. sine dilatione.

De

TITVLVS XXXIX.

DE EXCOCTIONE† ET TRANSLATIONE militarium annonarum[i].

†Alias exactione.

Opinatores delegati, ut militibus annonā exigant & eis soluant, à prouincialibus non petant panis excoctionem, nisi sit inter eos consuetudo contraria. Barto.

Imp. Theodosius A. I.

OPinatores[k]†, q; bus species ī diuersis prouincijs delegantur, [l] contra omnem consuetudinem a nullis[m] consistentibus famulis† excoctionem panis efflagitent. Illustris igitur autoritas tua[n] nouam vsurpationem congrua autoritate repellat: vt cùm opinatores in prouincias delegantur, vetus consuetudo seruetur:

†Opinatores & infra.

†Familijs.

Ab excoctione panis nulla domus etiā principis excusatur: & si procurator domini, cui panis coquendus mandatur, contumaciter facere neglexerit punitur ipse & dominus, si fuerit conscius. Barto.

Idem A. & Valenti. A. I.

IN excoctione[o] bucellati, quod deuotissimis militibus conuenit præparari, in translatione[p] etiam annonæ, nullius[q] excipiatur persona videlicet, vt nec nostra quidem domus[r] ab ijs habeatur immunis. Et si quisquam (quod non opinantur) implere, quæ sunt præcepta, neglexerit, in procuratorem[s] eius seueriſsimè vindicetur: ita vt si huiusmodi contumaciæ dominū† consciū esse constiterit, quadruplum id quod pro eius capitatione poscitur, posthabita[t]† dilatione soluatur.

†Concord. cum hac. l. c. j. in gl. super verbo, procuratoris extra vt lit. non cōtest. circa me di. glo. ibi, & dolus procuratoris.

† De hoc verbo, quid significet, & qualiter exponitur vide glo. super verb. habita. in capi. inter monasteriu. extra, de re iud.

†Numine.

†Alias, captiuum.

Consuetudo regionum attenditur.

* De hoc supra de erog. milit. anno. l. j. diximus. nugatur autē hic Accur.

DE MILITARI veste.

TITVLVS XL.

DE MILITARI VESTE

Canonem uestium à calendis Septembris usque ad calendas Aprilis respublica soluet. Bart.

Imppp. Valentin. Theodo. & Archad. AAA. I.

OMnem canonem vestium[a] ex calẽdis Septembris ad calendas Aprilis[b] nostris largitionibus tradi præcipimus: proposita pœna rectori pouinciæ vel eius officio condemnationis, quæ tuę[c] iustitiæ videbitur.

Imppp. Theodos. Arcad. & Honor. AAA. II.

PRouinciæ Thraciarum† per tricena iuga seu capita conferant vestem. Scythia & Mysia † in tricenis [d] iugis seu capitibus interim annua solutione dependant: per Aegyptum & Orientis partes in tricenis ternis [e] iugis: per Asianã verò & ponticam diœcesim ad eundem numerum in capitibus, seu iugis annuæ vestis collatio depẽdatur. ita, vt per Orientem † prouinciæ in titulo auri comparatitij, quod per iugationem redditur, compensationis gratia pfruãtur: exceptis Ostroẽnatis † & Osrhenia & Isauria. nam eas demũ constat aurum comparatitiũ[f] minimè debere[g].

Ad uestam militis non præstabuntur bini tremisses, sed unus solidus. Barto.

Impp. Arcad. & Honor. AA. III.

FOrtissimis militibus nostris, per Illyricum non binos tremisses[h] ꝑ singulis chlamydibus[i], sed singulos solidos dari præcipimus.

Quinque partes pretij uestis militaris in pecunia debent dari fortissimis militibus: debilibus uero sexta pars in panno. Bar.

Impp. Honor. & Theo. AA. IIII.

MIlitaris[k] adæratio vestis à collatoribus exigatur, sacratissimis videlicet largitionibus inferenda: ita, vt quinq; eius partes fortissimis militibus erogentur in pretio: sexta verò portio à gynęciarijs[l] clementiæ nostræ absq; vlla, vel ipsorum, vel publica incommoditate pro eadem contextione susceptа, minoribus† gregarijsq; [m] militibus in ipsa quam maximè eos desiderare constiterit, species præbeatur.

TITVLVS XLI.

DEMETATIS ET EPIDEMEticis[n].

Mensor deputatus ad hospitia mensuranda per epidemeticos, & militibus dãda seu assignanda: si in hospitis domo scripserit nomen militis, cui sit hospitium assignatum, & postea deleuerit, punitur pœna falsi. Bart.

Imppp. Theodos. Arcad. & Honor. AAA. I.

SI quis [o] metatorum[p] nostrorum manum, qua deputatas singulis, quibusq; domus denotant, & postibus [q] hospitaturi[r] nomen adscribunt, delere non dubitauerit, ad instar falsi[s] reus constituti huius autoritate teneatur.

Impp. Arcad. & Honor. AA. II.

IN qualibet, vel nosipsi vrbe fuerimus, vel in qua ij, qui nobis militant, commorentur: omnium tam metatorum[t], quàm etiam hospitum iniquitate submota, duas dominus propriæ domus, tertia hospiti deputata, eatenus intrepidus ac securus possideat portiones, vt in tres domus diuisæ partes, primam eligendi dominus habeat facultatem: secundũ hospes, quam voluerit exequatur, tertia domino relinquenda. Plenum ẽnim æquitate atque iustitia est, vt qui aut successione fruitur, aut emptor, vel extructione gaudet: electam præcipuè iudicio suam partem teneat & relictã[v]. Ergasteria[x] verò, quæ mercimonijs deputantur, ad predictam diuisionis iniuriam non vocentur, sed quieta sint, & libera, & ad omni hospitum iniuria defensata, solis dominis conductoribusq; deseruiant. Sanè si stabulum (vt assolet) militari viro in tertia domus parte defuerit: ex ergasterijs (nisi id dominus qualibet occasione prouiderit) pro animalium numero vel domus qualitate deputabitur. Illustribus sanè viris non tertiam partem domus, sed dimidiam hospitalitatis gratia deputati decer-

a Mnẽ. Vestiũ militũ: vt ex titu. patet.

a Aprilis. no. in calendis Aprilis vestiẽdum pro æstate: sed tunc nauigium incipit: vt. ŝ. de naufra. l. quoties. in fi.

c Tuæ. loquit̃ præfecto præto. Accur.

d PRouincię. Intricenis. forte pro singulis. xxx. iugis vnum aureum dabit aliquis. Item pro tot capitibus alium aureum ad vestes militum.

e Ternis. i. trigintaquatuor, secundũ Hug.

† Pyr. Tersiarum legit.

f Cõparatitium. id est, qui comparabunt, si non habent.

† Mesia legi vult Al. hic.

g Debere. sed in merce forte dabunt æquiualens.

h FOrtissimis. Tremisses. ſ. quia in trientes remittuntur. P. & de his fit mentio. ŝ. de eroga. mi. anno. l. per hanc. ſ. hoc videlicet.

i Chlamydibus. forte pro furrura vel fibulis. nam pro toto parum esset.

†Orientis ꝑ uinciam.

k MIlitaris. adæratio. i. æris cõgregatio certo tẽpore: vt. ŝ. eo. l. j.

† Alciat. hic legit, Orthodosiæ natis,

l Agynæciarijs. hoc expone vt. ŝ. de murileg. in titu.

m Gregarijs. i. vilibus puta de plebeis natis: licut grex est inferiorum pecorum, licut ouium. maiorũ autem dicitur armentum, secũdum Hug. No. ergo ꝙ fortissimis quinq; dẽtur partes in pecunia: inferioribus datur sexta in pãno, quod volũt eligere.

n DEMETATIS & epideme.

Metati qui dicuntur.

Metati dicũt̃ milites ĩ terminis castrorũ, q castra vallo vndiq; circũdabant. vnde in Exo. Castrametati sunt filij Israel. sic & ponit̃. ŝ. de epi. & cle. l. oĩa. Sed epidemetici dicũt̃, qui. ŝ. milites sunt cõstituti: metiẽtes siue dimetiẽtes militibus hospitia. ab epi, qđ est. ŝ. & metis. i. metatis. i. de ijs, qui

Epidemitici qui dicũtur.

ŝ. milites dimetiũtur i. diuersis diuersa assignãt hospitia.

o SIquis. Videtur dicere qđ epidemetici habebant sub se mensores, qui quidẽ mensurabant hospitia accipientes tertiã: vt. j. l. proxi. & in eminenti loco scribebant nomen eius, qui ibi debebat hospitari: quibus non licet delere nec variare postquã fecerint, quasi suo officio functi: vt. ff. de re iudi. l. iudex. & ŝ. de offi. procu. Cæsa. l. fi.

† Alias, iunioribus

p Mensorum. dicti mensores: de quibus habes. ŝ. de mensoribus.

q Postibus. i. ostijs sic. ff. de instit. l. si pupillus. ſ. de quo.

r Hospitaturi. scilicet militis. Accur.

s Falsi. quia delet verũ: vt &. ff. de fal. l. j. ſ. qui ĩ rationibus.

t IN qualibet. Metatorum. expone vt. ŝ. l. proxi.

v Et relictam. prę fertur qui maiorem habet partem de re: vt. ŝ. de dona. l. sancimus. ſ. j. & facit. ŝ. de ijs qui se defe. l. j. circa prin. Arg. contra. ŝ. quando & qui. quar. pars debe. l. ij. circa princ. Sed quis diuidet? Rñd. mensor: vt ŝ. hac. l. innuit: &. ŝ. l. proxi.

x Ergasteria. quæ sunt in plateis vel angiportis: vt. j. l. vlti.

Quilibet

a Quilibet. si habes quilibet, videtur abūdare propter verbū alter. si habes qui buslibet. ſ. de prædictis illuſtribus.

b Et alter. puta hoſpes. nam &.ſ. prius eligithoſpes. Accu.

c CVnctos. His ordinarijs iudicibus. Et not. contra legatos curiæ Romanæ qui hoſpitantur in domibus epiſcoporū & aliorum prælatorum eis præſentibus. & facit inauthen. de defen. ciui. §. nulla. vbi defenſor nō perdit iuriſdictionem propter præſentiam præſidis.

Legati apoſtolici nó debet in epiſcoporum domibus hoſpitare.

d FAbricēſium. ij ſunt, q faciunt publica arma: vt no. ſ. de fab. in titu.

e Comitatu. alias comitatu, alias commeatu.

f DEuotū. quales debens eſſe omnes prouinciales.

g Prædium. quia ſecus in domo: vt. j. e. l. §. ſolam.

h Metator. i. miles: vt. ſ. in titu. not.

i Actori. i. caſtaldioni dñi eo abſente.

k Conceſſum. no. ſic &. ſ. de iur. fiſ. l. prohibitū. & eſt arg. ad id quod not. ff. de iuſtitia & iur. l. vtvim. Item facit. ſ. quando licet. vnicui. ſine iu. ſe vin. l. j. &. ij. & de iure emphy. l. ij. & de adulte. l. Gracchus. & ff. de adul. l. mariti. & ad. l. Aql. l. ſed & q cunq;. &. l. quēadmodum. §. j. & in authē. vt licet. mā & auiæ. §. his. &. ſ. de decurio. l. eos. &. l. generaliter. Itē not. quod hic permittit vltionē, nō ſolum defenſionem. ſic ff. de bo. li. l. q cū maior. §. ſi libertus. in fi. ſed hic pro defenſione ponitur. et. d. l. qui cum maior. per iudiciū vēdicat: vt no. ff. ad. l. Aquil. l. ſciētiā. §. qui cū aliter. in fin.

† Hęc verba recitantur in gl. ſuper ver. expelli. in prici. ca. vlt. extra de loc. & condu. & per hunc tex. vult ibi dicta glo. dicere, q dominus poteſt p pria autorita te expellere emphyteu - tā, ſi non ſoluat ei canonem. Conſulit tamen illa glo. quòd dominus expellat ephyteutā iudicis autoritate, p l. ij. C. de pignorib.

l Hoſpitalitatē. i. recipiendo hoſpitem in tertia vel dimidia parte domus: vt. ſ. l. ij. Acc.

m Poſtulauerit. ſic. ſ. ne ruſti. ad vllū. l. ij. & de eroga. mili. an. l. iij.

n Sponte. ſic &. ſ. ne ruſticani ad vllū.

uiant. Sanè ſi ſtabulum (vt aſſolet) militari viro in tertia domus parte defuerit: ex ergaſterijs (niſi id dominus qualibet occaſione prouiderit) pro animalium numero vel domus qualitate deputabitur. Illuſtribus ſanè viris non tertiam partem domus, ſed dimidiam hoſpitalitatis gratia deputari decernimus: ea duntaxat conditione obſeruata, vt alter ex his (ſi libet[a], atque maluerit) diuiſionem arbitraria æquitate faciat, & alter[b] eligendi habeat optionem & firmiſsimū perpetuò, quod iuſsimus, perſeueret: ita vt. xxx. librarum auri, qui illuſtriſsima ſunt pręditi dignitate, fiſco noſtro ſe pœnam illaturos eſſe cognoſcant: cæteri verò militia ſciāt ſe eſſe priuandos, ſi generale præceptum amplius vſurpando quàm iuſsimus, reprehēſibili temeritate violauerint.

Præſentibus iudicibus, qui de cauſa cognoſcendi poteſtatem habent, non debent eorum prætores adiri. Bar.

Iidem AA. III.

CVnctos iudices ſcire volumus à prętorijs ordinariorum iudicum his[c] præſentibus abſtinendum.

Domus fabricenſium ad hoſpites recipiendos non grauantur. Bar

Idem AA. IIII.

FAbricenſium[d] domibus vbicunq; cōſtitutis omnē moleſtiam hoſpitum præcipimus amoueri: quod & Antiochenſibus & cæterarum ciuitatum fabricis ſimilis domorum excuſatio præbeatur, abſente ſcilicet ſacro comitatu[e].

Imp. Theodoſius A. V.

DEuotum[f] poſſeſſorē ab omni inquietudine liberamus. primo igitur omnium ad nullum prædium[g] publicū vel priuatum domus noſtræ vel cuiuſcunq; iuris vllus metator[h] accedat, ſi à quoquam fuerit deſtinatus. Licentiā em̄ domino, actori[i], ipſiq; plebi ſerenitas noſtra cōmiſit, vt eū, qui præparādi gratia ad poſſeſſionē venerit, expellēdi habeat facultatē, nec crimen † ali quod pertimeſcat: cùm ſibi arbitrium vltionis ſuæ ſciat eſſe conceſſum[k]: rectęq; ſacrilegum prior arceat, qui primus inuenit. Adminiſtrantem verò, eiuſq; officij proceres, quorum præceptio inhibitam perſonam ad agrum aliquem deſtinauerit, in tempus proſcribi debere cenſuimus

Solam ſanè hoſpitalitatem[l] ſub hac obſeruatione concedimus vt nihil ab hoſpite, quod vel hominum vel animalium paſcuis neceſſarium creditur, poſtuletur: omniumq; ſit acceleratum iter atque continuum, nec vlli liceat reſidere: ne diuturnitas commanentium, vlla ex parte prædium vexet. Decem etiā librarum auri multa ferietur quiſquis adminiſtrator rogator, apparitor've vllus, militans ſcilicet vel iter agens, vllo in loco aliquid ab hoſpite poſtulauerit[m]. Intantum enim inhiberi ſceleratum morem iubemus, vt ipſis quoq; prębentibus impunitum eſſe non patiamur, ſi quid ſponte[n] contra pręceptum noſtrum probati fuerint obtuliſſe.

Iidem A. & Valen. Cæſ. VI.

HOc proſpectum eſt, vt infauſta[o] hoſpitalitatis prębitio toleretur, nec balneū[p] quiſque à domino ædium poſtulet.

Iidem Auguſti. VII.

DEuotiſsimos milites, ex procinctu redeuntes, vel proficiſcentes ad bella, muri[q] ſacratiſsimæ vrbis ſingulę turres in pedeplanis[r] ſuis ſuſcipiant.

Medici ſacri palatij & urbis Romæ magiſtri liberalium artium: & pictores ingenui quoad uiuunt ſunt immunes ab onere hoſpitandi. Bar.

Iidem Auguſti. VIII.

ARchiatros[s] noſtri palatij, necnon vrbis Romæ, & magiſtros literarum[t], pro neceſſarijs artibus, vel liberalibus diſciplinis, necnon picturę profeſſores (ſi modò ingenui ſunt) hoſpitali moleſtia quoad viuent, liberari præcipimus.

Hoſpitantes milites in domibus habitationum ipſorum, nullam aliam diſcuſsionem, uel pœnā debēt ſubire. Item nullus debet impetrare, ut à munere hoſpitandi milites ſit immunis, & uicini domus grauetur. Bar.

Iidem. Auguſti. IX.

OMnes qui metata[v] in ſuis domibus præſtant, ſiue hoſpitia præbuerint metatoribus[x], ſiue quolibet pacto ſatis eis fecerint, nul-

o Hoc proſpectum. Infauſta. i. nō horrenda ſecundum Hug. alias pro malo homine: vt ſ. de repu. l. conſenſu. circa prin. Accur.

p Nec balneum. ſcilicet nec comitibus lauacra.

q DEuotiſsimos. Muri. genitiui caſus eſt. Ac.

r Pedeplanis. i. in pedibus turriū & murorū vrbis, quę ſpiſſę ſunt, poterūt milites ſe deſcēdere, vt ſe ibi præparent alijs veſtibus ad eūdum. & videtur vna dictio in pedeplanis.

s ARchiatros. i. principes medicorū, ſeu maiores medicos. & facit. ſ. de in offi. teſta. l. fina. & de profeſ. & medi. l. medicos. &. l. fi. Accur.

t Literarum. non primarum: vt. ff. de mune. & ho. l. vt gradatim. §. fi. Accur.

v OMnes. Metata. id eſt, caſtra vel hoſpitia, vt poſtea exponit.

x Metatoribus. id eſt, militibus.

Vendi

a Vẽdicare.sic. ff. quod quisq; iur.l.j.

b Cingulum. ad quod.s.vt dign.ordo.ser.l.ij.& in auth. vt ordi.præ.colla.v. Item & facit.j.l. proxi.§.si qui.

c Tertiæ.s.eod.l.ij.

d Priuilegijs.No. eũ carere priuilegijs legũ, qui eas fraudare conat.sic.s. de Iudæ.l.Iudæos.&.ff.de mino.l. auxiliũ.in fi. & facit. ff.de pœn.l. quædã.&.s.de episc. & cleri.l. p̃sbyteros. Sed argu.cõtra.s.de iud.l.properandum. vbi etiam contumaci seruatur ius.

e HAc lege.Dignitatem.& sic habet duas.Acc.

f Duarum. minus habet hæres quã de functus.& sic est arg. contra.ff.de re iud.l. hæredẽ.Itẽ no.priuilegium transit ad superiores.quod dic vt s.de pro.sacr.scri.l.in sacris.vel nõ sunt superiores, cũ iam defuncti non sunt.

g Semis.i. medietas.vt instit.de hære. insti.§.hæreditas. Alij ergo semisses pro tertia præstabant hospitium: vt.j. eod.§. comites.

h Celitus.i.à principe ad qd̃.s.l.proxi.

i Ergasterijs.i. stationibus:vt.s. eo.l.ij. ergasteria.

k Plateis.nã quasi omnia sunt in plateis vel angiportu:quod expone:vt.ff.de ver. sig.l.portu.in fi.

l Auxilio. sic.j. de peti.bo.sub.l.j. &.ij. aliud si per.l. scriptã in corpore iuris:vt.s. hac.l.&.l.proxi.

m DEcem.s.l. proxi.

n DE SALGAMO &c.

*Hoc expone ut.j.l.j. sed P.dixit nomine salgami & oleũ intelligas. gamos.i.mulier.sed secũdum H.salzamũ, id est, culcitra:cõpositum à gamos & salica uel saluo, & gamos nuptiæ,uel mulier:quia * maximè propter talia fiunt culcitræ. & est neutri generis.*

o NE quis Aufe- rat.id est accipiat: & hoc ad officiũ præsidis pertinet: vt. ff. de offi.

*Pudet certe huius confidentiæ adeo ignaræ, quæ vel ad ignota conniuere,aut certe cum honesta excusatione præterire. Et quod deterius est,recte do.

lam vel pensionis, vel discussionis domus gratia molestiã sustinere cogantur. Deinde neminem volumus cuiuslibet loci, vel ordinis in hac florentissima vrbe domum propriam excusantem: metatum sibi in alienis ædibus priuilegio militiæ vendicare [a], quod & in prouincijs obseruari oportet. cæteris verò, quibus illustris dignitas sub cingulo, vel citra cingulum [b] pro suo solo honore delata est,excusandarum ædium licentiam penitus denegamus. Hoc iuris etiam in ijs præcipimus obseruari, quos ipsa quidam administrationis cõditio spectabiles nouit:honor tamen additus à nostra liberalitate reddit illustres. Scituris omnibus, quòd si quis cũ cingulo perfruatur, & excusationem propriæ domus impetrauerit:vt à pensione etiã portionis tertiæ [c] sit immunis,& militiæ causa metatum alienis domibus sibi credidérit vendicandum: siquidem honore præditus excusationis ius habeat: carebit legum priuilegijs [d],quas fraudare conatus est. Si verò inter eos, quibus nulla suffragatur dignitas,numeretur:centum librarum auri sacratissimis largitionibus pendendarum illatione multabitur.

Quidam in hac lege nominati dum uiuunt, & post mortem eorum hæredes filij, parantes, nepotes.frater,soror,uxor,& eorum tres domus à molestia recipiendi milites habent immunitatem: quidam duas, quidam unam tantùm, quidam dimidiam tantùm.Bartolus.

Imp.Valent.A. X.

HAc lege sancimus, vt si quis consularem ac patriciam meruerit dignitatẽ [e]: tres domos proprias,dum supereſt, habeat hospitum immunitate securas, hæredes verò eius filij,aut pater,aut mater, aut nepotes, aut frater, aut soror,aut vxor:duarum [f] domorum suarum excusatione potiantur.Si quis verò cõsulatu tantummodo gloriatur,duas semis [g] domos suas immunes habeat: post fata verò eius memorati hæredes vnam semis domum suam habeant nullis hospitijs prægrauatam. Pari priuilegio perfruatur cum memoratis hæredibus, qui solius patriciæ dignitatis siue consulatu decoratur insignibus. præfectorij verò,necnon & magistri militum duas domos suas habeant, quoad vixerint,hospitibus liberatas. Hæredes verò eorum memorati vnam defendant domum suam simili excusatione munitam. Magistri verò officiorum, vel quæstores vnam semis domum suam, quoad vixerint,habeant hospitum onere liberatam.Hęredes verò eorum prædicti vnam ab hospitibus iure defendant.Comites autem domesticorum,& protectorum, & sacrarum largitionum,& rerum priuatarum,& vir spectabilis primicerius notariorum, singulas domos suas ab hospitum grauamine,dum viuunt, gaudeant esse securas.Memorati verò hęredes eorum mediam partem vnius domus suæ sciant excusatione muniri:residuæ verò partis dimidiæ tertiam portionem hospitibus deputandã esse cognoscant. Si qui illustres honorarias dignitates quascunque sine actu cælitus [h] impetrauerũt: æquo animo suas domos hospitibus post hanc legem pandant pro tertia, quæ legibus præfinita est, portione: exceptis videlicet ergasterijs [i],quę in plateis [k],vel angiportis esse noscuntur.quod in omnibus domibus,quæ hospitales sunt, obseruari iubemus: ita, vt nemo vel ex sacro rescripto,vel ex diuina annotatione,seu pragmatica sanctione, contra hanc legẽ vti possit excusationis auxilio [l]: ijs omnibus, quę per hanc legem constituimus,in hac ęterna vrbe obseruandis.

Tribuni ex primicerio immunitatem habent ab hospite recipiendo in domibus: quas tenent in urbe Constantinopolitana.Bartolus.

Imperator Leo A. IX.

DEcem [m] post primicerium tribunos,in domibus,quas in hac regia vrbe possident, metatorum iussimus vacationem mereri,

TITVLVS XLII.

DE SALGAMO [n] HOSPITIBVS NON PRÆSTANDO.

Imp.Constantinus A. I.

NE quis comitum,vel tribunorum,aut præpositorũ,aut militũ,nomine, salgami grã culcitram, lignum,oleum à suis extorqueat hospitibus, sed nec volentibus hospitibus in prędictis speciebus aliquid auferant [o]:sed sint prouinciales nostri ab hac prębitione securi,comitibus,tribunis, vel certè præpositis, militibusq; graui vexationi subiacentibus.

de offi. præſi. l. illicitas. Et no. etiam à volente: qa ſemper præſumitur cõcuſsio. ſic ſ. ti. j. l. deuotũ. in fin. &. ſ. de re mili. l. fi. §. vt autem. & de offic. procon. l. obſeruare. &. ſ. ne ruſti. ad vllũ. l. iñ. & ne qd à colla. exi. l. j. & de rapt. virgi. l. j. &. ſ. de ero. mili. an. l. j. &. iñ. Item ſi cuti ſalgamum hoc comprehendit: ſic penus omne id qd eſui & potui eſt deſtinatũ: vt. ff. de penu le. l. iñ. in princ.

DE COMmeatu.

NE cui. Tribunorũ. niſi vſq; ad triginta milites: vt. ſ. de ero. mil. an. l. per hãc. §. vt aũt. Vel hic barbari erãt proprie, vt ſubiñcit: ibi non.

a

b Dare. facit. ſ. de teſta. militis. l. tribuni. &. l. milites. &. l. fi. in princ.

c Capite. ſed qui in pace deſerit militiã, perdit eam: vt. ff. de re mili. l. non omnes. §. j. Et nota puniri licentiantem & licentiatum.

Licentians & licentiatus ꝙ puniũtur.

d QVicunq;. Sacrarum. fiſcalium.

e Priuatarum. principis.

f Tempus. ſubaudi curauerit ad ſuum officium redire. & habeas militantium nõ immerito &c. habeſ tamẽ ratio temporis & valetudinis: vt. ff. de re mili. l. qui commeatus. & facit. j. l. pxi. cum ſuis concor.

g SI quis. differt à præcedenti: quia hic ſine commeatu: ibi ſic.

h In penatibus. id eſt, domibus ꝓpriis: vt. ſ. de exhi. l. ñ. Acc.

Confuetudo in delinquẽdo aggrauat pœnam.

i Exempto. alias exemplo, & augetur pœna: quia aſſueſcit delictum. ſic. ſ. de do meſti. l. iñ. li. xj. & de primicerio. l. fi. & de aduo. diuer. iu. l. fi. & de ſuperexa. tri. l. j. & ſ. l. proxi. Sed ar contra. ff. de pœ. l. ſi diutino. &. ff. de ritu nuptia. l. qui in prouincia. §. fi. ſed vtrobiq; patet ratio.

Alias nec poſt quadri. quidem tempus ſalutauerit, non &c.

k DE TYRONibus.

TITVLVS XLIII.

DE COMMEATV.

Saluo conducto

Tempore expeditionis nullus militibus commeatum dare poteſt: contrà faciens capite punitur. Bartolus.

Imp. Arcad. & Hono. A A. I.

NE cui liceat p̃poſitorum, vel tribunorum[a] cohortũ, vel vicariorũ, & familiarium eorum tempore expeditionis quocunq; genere, cuiquam de militibus à caſtris atque ſignis, vel iis etiam locis, in quibus prætendant, diſcedendi commeatum dare[b]. Si quis verò contra hanc legem facere auſus fuerit, & militem contra interdictum commeatum dimiſerit eo tempore, in quo Barbarorum incurſio extiterit: & tunc cùm præſentes in caſtris atque apud ſigna milites eſſe debeãt, quiſquam abfuerit: capite [c] vendicetur.

Imp. Theod. & Valentin. A A. II.

QVicunq; de ſcriniis, aut agentibus in rebus, vel etiam ex officiis palatinis, iis videlicet, qui ſacrarũ[d] & priuatarum [e] remunerationem comitibus obſecundant, ſex menſium ſpatium ſupra diem commeatus, aut iuſsionem euictionis abfuerit: is in inferiorem locum, quinque antelatis poſterioribus, deuoluatur. Is verò, qui anni vacationem arbitratu ꝓprio, iudiciarij præcepti oblitus aſſumpſerit: à decem poſt ſe militantibus transferatur: ac deinde cùm iam aliquis deſidia quadriennio officium proprium adire neglexerit, quadraginta de ſequentibus poſt feratur. Qui verò nec poſt quadriẽnij qui dem tempus[f] †: militantium non immerito matriculis auferatur.

Qui ſine commeatu biennio, aut triennio, uel quadriennio uacauerit, modo hic inſcripto punitur. Bartolus.

Imp. Zeno. A. III.

SI quis[g] ſine commeatu aliquo annum in penatibus[h] propriis, vel in quibuslibet locis deſidioſa quiete tranſegerit: decem ſequẽtibus poſtponatur. in quo verò biennalis culpa deprehenditur, viginti ſibi antepoſitos congemiſcat: tertius autem annus triginta prælatos iure deflebit, ita, vt quartus exempto[i] matriculę, nullam veniam derelinquat.

TITVLVS XLIIII.

DE TYRONIBVS[k].

Imppp. Valens, Gratia. & Valentinia. AAA. I.

VLlus tyro vagus[l], aut veteranus[m] aut cẽſibus[n] obnoxius, ad militiam accedat.

Imppp. Theodo. Arcad. & Honorius AAA. II.

QVisquis alieni iuris mãcipiũ in tyrocinio militiæ ſcribi curauerit: conuictus ac proditus auri libram ærario noſtro cogat inferre: mancipio ſcilicet domino (ſi factũ ignorauerit[o]) reddendo.

Imp. Anaſtaſius A. III.

TYrones in ſcholis[p] loco ſemper poſteriore ponãtur, nec enim patimur quenquam celſiorem gradum obtinere, niſi cui & laborum aſsiduitas, & ſtipendiorum prolixitas ſuffragatur.

TITVLVS XLV.

DE LITTORVM ET ITINERVM cuſtodia.

Imppp. Gratia. Valentinia. & Theodo. AAA. I.

SAluberrima ſanctione cenſemus, ne merces illicitæ[q] ad nationes Barbaras deferantur: & quæcunque naues ex quolibet portu ſeu littore dimittũtur, nullam concuſsionem vel dãna ſuſtineant[r]: ita tamen, vt earum naucleri deponãt, in quam prouinciam ituri ſunt: vt hoc manifeſtato, nulla contra eos poſtea indignatio, ſeu concuſsio quoquo modo procedat.

Id eſt, nouis militibus: qa adhuc nõerãt ſcripti inter milites fortiſsimos: vt. ff. de mili. teſta. l. ex eo.

l VIlus. Vagus. qa firmiter debent ſtare in militia: vt. ſ. de re mil. l. milites. Et ſic eſt ar. quod vagus ſcholaris non fiat magiſter.

Scholaris vagus non debet magiſter fieri.

m Veteranus. vel propter debilitatem: vel quia diu laborauit: vt. ſ. de ijs, qui nõ iple. ſti. l. j. &. iñ. Acc.

n Aut cẽſibus. ſ. q mil. non poſ. l. j. &. iñ.

o QVisquis Ignorauerit. facit. ſ. qui milit. non poſ. l. pe. & fi. & ſ. de tabel. l. generali. &. ff. de pu. l. cotem. §. dominus. &. ſ. l. pxi. in fi. Acc.

p TYrones in ſcholis. & non dicas vbi addiſcunt: quia ibi omnes ſunt tyrones. vnde non eſſet poſt quos ponerẽtur. Sed dic, quod tyro electus inter milites ſtet loco poſteriori in ſcholis. i. in ſocietatibus militum ſeu in matricula: vt. ff. de teſ. mili. l. ex eo. &. ſ. ti. j. l. pe. & vlti. & ſic bene ſequitur, nec enim &c. &. ſ. de offi. ma. off. l. j. &. iñ. & de proxi. ſac. ſcri. l. vnicuiq;. et de agend. in re. l. vnicuiq;. & facit ï. de di. of. et ap. l. j. & ſ. de off. co. rei. mili. l. j. & de profeſ. l. magiſtros. & ff. de al. ſcri. l. fin. Sed arg. contra. ſ. de offic. rec. prouinc. l. potioris.

DE LITTOrum &c.

q SAluberrima. Illicitæ. vt victualia & arma. alias pœna capitis cum amiſsiõe bonorũ imponitur: vt. ſ. q̃ res expor. non de. l. j. et. iñ. et. ff. de publi. l. cotẽ. in prin.

r Suſtineant. ſic. ſ. de naucle. l. j.

De deſer

a DE DESER. toribus &c.

Desertores milites, occultatores priuatos uocat.

b SI quis. Amissione. sic ſ. de fal. mo.l.j.& de ꝛs qui latro. vel ali.l .ꝛ̃. & de cap.& postli.re.l.fin. & de inceſt.nup.l.iꝛ̃.

c Prodiderit.i. manifestauerit. Acc.

d Mediocris.i.homo pauper.sic contrario honesti loci dines,vt.ff. de trāsac.l. cū hi.§.si in annos.

e Immunitate.munerum forte . seruus vero fit liber: vt.ſ.p qui.cau.ser.pro præ. ac.lib.l.fi. & facit in authen. de non alie. §.fi.&.ſ.de episco. & cler.l.nulli.in fi. &.ſ. loc.& conduc.l.fi.

f Militaribus. licet non sint proxime applicati.

g A signis. alibi largius:vt.ſ.de remilitari.l.iꝛ̃.§.emansor.

h Processerit.i. q se proderit, antequā ab alio manifestetur. sic.ſ.de pœ.iudi. qui ma.iu.authen. nouo iure.

i In officij primores.i.in officiales prę sidis.Et no.cōtra prę sidē & officiales, qui pœnas legibus impo sitas vel gratia vl dissimulatione differūt. secundum Al.

Pœnæ legū differri non debent.

k SI desertores. Opprimātur. vt.ſ.quādo li. vnicu. si.iu.se vin.l.j.§.j.

l Tractatoriarū. id est, absentiarum, vel licentiationum . ad quod.j.de trac.l.j.

DE VETE-ranis.

m VM introisset principia.scilicet numerorum.

Salutare prīcipē cuique non licet.

n Salutatus. Not. quod non licet cuilibet salutare principē:vt. ſ.de filē.l.j .& facit.ſ.de sen.pas.l.j.

o Indica quę sūt. Not.benignā respon sionem.sic.ſ. de trās. ac.l.vt responsum.

p Magnificentia. ablatiui casus.

q Ciuili.s.personali:vt.j.in fi.sed patrimoniale ordinarium subeunt.sic.ff.de pri-

TITVLVS XLVI.

DE DESERTORIBVS, ET OCCVLtatoribus eorum.

Recipiens scienter desertorem in agro, uel in domo si est actor uel procurator, capite punitur: sed domus uel prædium confiscatur, si ipsius est dominus. Item manifestans desertorem præmiatur. Item desertor est, qui tempore belli se absentauit à signis. Item si seipsum prodiderit, ueniam meretur. Punitur uero desertor à pœna legibus statuta, quam si iudex dissimulauerit, uel gratia distulerit, ipse punitur. Bartolus.

Imperator Theodosius A. I.

SI quis fortè desertorem agro tectóve susceperit, atq; apud se diu passus fuerit delitescere: actor quidem vel procurator loci, qui hoc sciens prudens que commiserit, capitali supplicio subiugetur: dominus verò, si huius rei conscius fuerit, prædij, in quo latuerit desertor, amissione [b] punitur. Si quis autem desertorem prodiderit [c]: mediocris [d] loci ingenuus immunitate [e] potiatur. Neque solùm de ijs loquimur, qui proximè signis felicibus applicati, militiæ rudimenta timuerunt: verùm etiam qui stipendijs militaribus [f] degenerem latebram præbuisse monstrātur. Desertor autem habebitur, quisquis belli tempore abierit à signis [g]. Horum qui spōte processerit [h], peccati anterioris supplicium non timebit. Sin uerò flagitiosa ignauia delitescat: per eum, in cuius domo fuerit, inuigilantibus extrinsecus quoque officijs publicis, vbicūque correptus, seueritati iudicis offeratur, degeneris mortis gladium subiturus. Si autem rector prouinciæ propositam seueritatem, vel gratia, vel dissimulatione distulerit: patrimonij atque existimationis damno subijciatur: & in officij primores [i] capitaliter vindicetur.

Desertor inuentus resistens, ut rebellis opprimitur. Item diligens debet esse iudex, ne sub r prætextu alicuius licentiæ desertor posit euadere. Bartolus.

uile.vete.l. iꝛ̃. &.iiꝛ̃.

Collatiōe. extra ordnaria. in ordinarijs em̄ secus vt dixi.

s Ob venditionē. hoc est, vt aliquid detur pro loco, vbi tenent pergulā. ad qd est.ſ.de nundi.l.j.

Imp.Leo A. II.

SI desertores inuenti resistendum, atque armis oppugnandum putauerint: tanquam rebelles in ipsis temeritatis suæ conatibus opprimantur [k]: ita tamen, vt prouinciarum iudices solicita cautione disquirant, ne sub falsarum tractatoriarum [l] nomine, desertionis suæ crimen defendere moliātur: nec suppositis & commentitijs epistolis euadē di habeant facultatem.

Idem Augustus. III.

QVi relictis militaribus castris, se ad depredationem vel latrocinium contulerint; seueritatem iudicis non euadant.

TITVLVS XLVII.

DE VETERANIS.

Veterani gaudent priuilegijs hic insertis. Bartolus.

Imperator Constantinus A. I.

CVm † introisset principia [m], & salutatus [n] esset à præfectis, & tribunis, & viris eminentissimis, acclamatum est, Auguste Constantine Deus te nobis seruet, nostra salus. verè dicimus, iurati dicimus. Adunati veterani exclamauerunt, Constantine Auguste, quid nos veteranos facis, si nullam indulgentiam habemus? Constantinus Augustus dixit. Magis magis que conueteranis meis beatitudinem augere debeo, quàm minuere. Victorinus veteranus dixit, Muneribus & oneribus vniuersis locis conueniri non sinamur. Constantinus Augustus dixit, Apertius indica, quæ sunt [o] maxima munera, quæ vos contumaciter grauāt. Vniuersi veterani dixerunt, Ipse perspicis. Constantinus Augustus dixit, Iam nunc magnificentia [p] mea omnibus veteranis id esse concessum perspicuum sit, ne quis eorum in vllo munere ciuili [q], nec in operibus publicis conueniatur, nec vlla collatione [r], nec à magistratibus, nec vectigalibus in quibuscunque nundinis interfuerint, vllam ob venditionem [s] proponendam dare debebunt. Publicani quoque (vt assolent agentibus supplere) ab eisdem veteranis amoueātur: quiete post labores suos perenniter perfuantur. Fisco quoque nostro eadem epistola interdicimus, vt nullum omnino ex his inquietet: sed liceat eis emere, & vendere, optimis negotijs pecuniam tractare, & mercimonia agitare: nec solùm integra beneficia eorum sub seculi nostri otio & pace perfruantur, sed etiam nullo munere ciuili, id est,

† In nonnullis codi sic incipit hęc lex, Imper. Constantinus, cū introisset principia, & salutatus esset à præfectis, & tribunis, & à viris eminentissimis, acclamatum est, Auguste &c.

a Deportatorio. deportatorium dicitur onus,quod redẽptor pontis à transeuntibus pro onere vehendo exigebat: vt innuitur.ff. loca.l. cum plures. §. vehiculum.& de ver.sig. l.in lege.Accur.

b PRouidendũ. Cumulati. qa facti sunt protectores.ad quod.ś.de dome.& prote.l.j.

c VEterani.Nec rus colunt. Not.milites veteranos rus colere.Sed cõtra.ś.demã.& col.pa. l.fi.sed ibi nõ colunt, vt sint adscriptitij.

d Exuti.vt.ś.de digni.l.iudices.& facit ś.de circen.l.iij.& de epis.& cler.l.generaliter.magis enim pœna sunt digni &c.vt ś.de episco.& cleri.l. presbyteri. Accur.

e NVllus. Cœpta vt.ff.de iuris.om.iudi.l.cũ quẽdã.& de iudic.l.si qs postea.&.l.vbi.&.ś. vbi decu.con.l.fi.

f DE FILIIS offi.mili.&c. Quæ officia multa sunt: vt ex superioribus ti.patet.

g IOfficiorum. militariũ: vt ex tit.patet.

h Sunt.cum filij vocentur.q.d.non in aliã militiam.ad quod cõcor.ś.de tab.l.fi.& j.l.pxi.non enim debent diuidi familiæ: vt.ś.cõ.vtri.iu.l.possessionum.sed vbi est emolumentum,præfertur filius omnibus alijs.vt.ś.de prox.sa. scri.l.vnicuiq;.§.j.

i FIlios.ś. l. proxi. cum suis concor.

DE OBLAtione vo.&c.

k QVando votis. Id est, voluntati dominãdi principibus annus aperitur. Accursius.

l In vna libra auri.donũ erat in libra auri per obolos puri auri, quod vocatur obryzatum: vt.ś.de vete.nu.po.l.j.& fin. Et no.quod qui donat,de melioribus rebus debet dare.

corporali, seu personali, vel deportatorio[a] onere eos affici concedimus.

Veteranus factus protector nullis iniurijs est pulsandus:contrà faciens est secundum qualitatem facti puniendus per rectorem prouinciæ. Bartolus.

Idem Augustus. II.

PRouidendum est, neve terani, qui protectoria dignitate cumulati[b], aut honores varios pro meritis suis consecuti sunt,incõgruis pulsentur iniurijs. quòd si quis hoc crimine fuerit deprehensus:rectores prouinciarum ꝓ iurisdictione sua examinantes factum, pro sui qualitate eos coërceant.

Veteranus, qui se latrocinio dedit, priuilegijs nudatus, competentibus pœnis à rectore prouinciæ punitur. Bartolus.

Imperator Constantinus A.& Iulianus Cæs. III.

VEterani,qui ex negligẽtia vitę nec rus colunt[c], nec aliquid honestum peragunt, sed latrocinijs sese dederunt: omnibus veteranorum priuilegijs exuti[d], pœnis competentibus à prouinciarum rectoribus subijciantur.

Veteranus effectus inuitus,uel uolens non militat: & sententia contra eum lata tali ordine non seruato,non ualet:nisi dum ipse militabat, quæstio in cognitione esset deducta: quia tunc ibi finitur,licet ueteranus sit effectus, nisi speciali priuilegio sit indultum sibi contrarium. Bartolus.

Imp.Theodosius A. IIII.

NVllus eorum,qui sacramentis inhærere desierit, vel volens permittatur, vel inuitus militare cogatur, seu stare iudicum sententijs, quæ non his obseruatis latæ fuerint, nullam firmitatem habentibus:nisi fortè reperiatur ibi tempore militiæ cœpta[e] cognitio. Tunc enim velut necdum cingulo deposito,sub militari iudice rem tractari finiriq; præcipimus: nisi principali beneficio principaliter indulto quidam ex his sese defendant.

TITVLVS XLVIII.

DE FILIIS OFFICIALIVM MILITARIÛ,qui in bello moriuntur[f].

Imp.Constantinus A. I.

IL,qui ex officialibus quorumcunque officiorũ[g] geniti sunt, siue eorundem parentes adhuc sacramẽto tenẽtur,siue iam dimissi sunt[h], in parentũ militiam vocẽtur.

Imp. Arcad.& Honor.A A. II.

FIlios[i] primipilariorũ paternam sequi cõditionem oportet.

TITVLVS XLIX.

DE OBLATIONE VOTORVM.

Imperator Augustus. I.

QVando votis[k] cõmunibus felix annus aperitur, in vna libra auri[l] & solidis obrizatis principibus offerendi deuotionem animo libenti suscepimus, statuẽtes: vt deinceps sequentibus annis vniuscuiusq; sedulitas principalibus suis † talia inferat semper & deferat.

† principibus

TITVLVS L.

DE NVMERARIIS, ACTVARIIS, ET CHARTVLARIIS, ET ADiutoribus,siue scriniarijs,& exceptoribus sedis excelsæ,cæterorumque iudicum tam militarium,quàm ciuilium.

Numerarij seruientes rectoribus in diuersis obsequijs, tormentis & lacerationibus puniuntur. Bartolus.

Imp.Valentin.& Valens A A. I.

VOrax[m] & fraudulentum numerariorum propositum, qui diuersis obsequijs rectoribus obesquuntur, ita inhibendum est, vt antea sanciuimus, & nunc itidem sancimus[n] conditioni eos subdi tormentorũ,& excu leis atq; lacerationibus subiacere.

Numerarij consularium,qui hodie tabularij appellantur,tormentis subijciuntur:nisi iudicibus,uel alijs ad prouinciam per principem destinatis nomen debitorum subactorum testificatione monstrauerint,ut eis iudicantibus omnes fisci debitores ad solutionem compellantur:tempusq; tabulariorum triennio concluditur. Bartolus.

Imppp.Grat.Valet.& Theodos.AAA. II.

QVi numerarij appellari consueuerant cõsularium atque præsidum duntaxat tabularij post hanc nostram sanctionem vocabuntur[o]:scientes se tormentis esse subiectos, nisi iudicibus, vel ijs, qui prouecti nostro iudicio ad prouincias venerint, vel exactoribus debitorum aut reliquorum nomen & modum frequenter ingesserint sub actorum testificatione[p]:quos scire oportet cum ijs, qui debitores sunt, sese ad solutionem esse retinendos, nisi omnia debita ipsis fuerint iudicantibus persoluta[q],triennij[r] tamen spatio tabulariorum decet

m VOrax. sic.ś. ne lice.post.l.ij.

n Sãcimus.in quadam.l.quam non habemus. & facit.ś. de decurio.l.quibet.

o QVi numerarij. Vocabũtur.no.mutarino men.sic in auth.vt iudi.sine quoquo suff. §.illud. Mutatio nominis est permissa.

p Testificatione. sic.ś.de appel.l. præcipimus.§.in his autẽ omnibus.

q Persoluta. prædictorũ desidia quasi litem suam quodammodo faciant vt iudex:vt institu.de ob. quæ ex qua.delic. in princ.

r Triennij. Not. officiũ tabularij triennio durare.

a NVmerarios. amplissimæ tuæ sedis. præfect. præto loquitur.

b IN prouincijs. Tabularij. vocantur: vt. ſ. eo. l. ij.

c Collocentur. vt ſ. de ſuſcep. l. duos.

d Quo ad. al's quo: pro vt. alias quo, pro quia.

e Fiſcalis. fiſcalis autē arca dicit, qa à principio cōſuetudo fuit populi Romani, vt pecuniā quam ex tributis percipiebāt, in marſupium ab initio reponerēt: ſed ſi marſupiū nō ſufficeret, ad fiſcū. i. ad ſaccum deuenirent. hoc idē & in principe fuit vt primo in burſa. de inde ad fiſcū deuenirent. i. ad ſaccū. & ſic quandoq; ratio fiſcalis dicitur ratio imperatoris. poſtea cū nec fiſcus ſufficeret. addomū deuentū eſt, quæ vocatur ærarium, eo quod æs ibi reponebatur. Aeris vero appellatione forte tunc tēporis omnis pecunia continebatur. & ſic populus Romanus auctus eſt.

{ Aeris appellatione, omnis pecunia continetur.

f Largitionales. i. qui ipſi principi largiuntur ſeu dantur: vt. ſ. de cano. lar. ti. l. ij. & l. j.

g Translatum. ſic ſ. de compē. l. j. & de exacto. l. ij. Et no. inferiorem debere accuſare ſuperiorem. Ac-

Superiorem debet accuſa re inferior.

h EXceptores. i. ſcriptores. H. vt ff. loca. l. ſed addes. §. fina.

i Prohibemus. ſi quis ex ſcriptore fit decurio, remanet ſcriptor. idem in notario: vt. ſ. de fal. l. ſi qs decurio. ſed non de nouo: vt. ſ. de decu. l. vniuerſos.

k Munera. quæ de curiōibus imminent.

l Curiam. i. officiū decurionum. & facit ſ. de aſſeſ. l. vlti. &. C. de aduo. diuer. iu. l. ij.

m NE diutius. Actuarij. q recipiūt pecunias publicas: vt. ſ. de eroga. mi. an. l. actuarij. numerarij ſcientes de abaco docerent facere Trebellianum: vnde non debēt eis ſociari: vt. j. e. l. nulli. &. j. de diuer. of. l. in his. & ſa cit. ſ. de paganis. l. j.

tempus omne concludi.

Tabularius præfecti prætorio cingulum & ordinem militiæ retinet. Bartolus.

Idem A A. III.

NVmerarios ampliſsimę tuæ ſedis[a] cingulum habere, & militiæ ordinem tenere iubemus.

In omni prouincia duo numerarij & tabularij collocātur: unus ad ratiocinium arcæ fiſcalis, alius ſuper titulis largitionalibus, nullusq; alterius officio ſe immiſceat. Bartolus.

Imppp. Valentin. Theodoſi. & Arcad. A A A. IIII.

IN prouincijs ſingulis duo numerarij, q & tabularij[b], collocentur[c], quo ad[d] vnum fiſcalis[e] arcæ ratiocinium, ad alterum largitionales[f] pertinere tituli iubeantur: hoc ſciturі, quòd ſi ex alterius quicquam actibus ad alteram partem illicita fuerit vſurpatione translatum[g]: is, qui culpā iudicis diſsimulatione texerit, grauiſsimo ſit ſupplicio ſubiugandus.

Licet ſcriptor alicui iudici obſequens efficiatur decurio, non deſinit eſſe ſcriptor: & agnoſcere debet munera ciuitatis, & peracto officio ad propriam curiam redit. Bartolus.

Idem A A A. V.

EXceptores[h] omnes iudicibus prouincialibus obſequentes, qui nec cohortalem militiam ſuſtinere videntur, neque à fiſco vllas conſequuntur annonas: abſq; metu dare cœptis operam (etiā ſi decuriones ſint) minimè prohibemus[i]: dummodo munera[k] propriæ ciuitatis agnoſcant, & peracto ſecundum morem exceptionis officio, ad propriam ſibi curiam[l] redeūdum eſſe non neſciant.

Numerarij à communione actuariorum abſtinere debent. Bartolus.

Impp. Arcad. & Honor. A A. VI.

NE diutius ad cūctorum perniciem actuarij[m] numerariorum conſortijs adiuuentur: illuſtris autoritas[n] tua cunctos ex numerarijs actuariorū ſocietate præcipiat abſtinere, atq; ab eorum communione diſcedere. quòd ſi hoc moniti[o] cuſtodire neglexerint: ijſdem pœnis ſe, quibus actuarios, non ambigant ſubiacere[p].

Actuarij ſecundum cōſuetudinem antiquam ſunt ordinādi: & ſi aliter factum fuerit, factū ab eis non ualet: & ipſe faciens punitur. Bart.

Imp. Leo A. VII.

ACtuarios[q] tam clariſsimæ vrbis Cōſtantinopolitanę, quàm Chimeleæ[r] †, & quarumcunq; curialiū ciuitatū diuerſarum[s]: non aliter, niſi[t] (vt conſueuerat) manus ſanxerit principalis, ſublimitas tua[v] præcipiat ordinari. q ſi quis talis ſub tua fuerit iudicatione cōuictus: profectò irritis ijs, quæ vetita contrectauerit[x], etiam congruam indignationem incurrat.

Scriniarij uel numerarij non poſſunt à præfecto prætorio pecuniam ſumere mutuo: uel aliquid pro expenſis publicis alicui promittere. Bartolus.

Idem Auguſtus. VIII.

SCriniarios vel numerarios officij magnitudinis[y] tuæ iubemus nullatenus in poſterum, aut mutuam pecuniam ſumere[z], aut polliceri cuiquā pro publicis expenſis cogi[a], quos nullam poſt depoſitam militiam inquietudinem ſuſtinere volumus[b].

Nullus in numero militum numeratus actuarius fieri poteſt, nec actuarius officio depoſito ad aliquam militiam aſpirare poteſt. Bart.

Impp. Leo. Iun. & Zeno A A IX.

NEmini[c] licere deinceps iubemus in quacūq; militia cōnumerato, ſolicitudinē actuarij ſubire: vel poſt depoſitam eandē curam, ad militiā aſpirare: quatenus inter priuatos agens, omniq; militari priuilegio nudatus nihil nūdinationis vel fraudis circa cōmēdanda ratiocinia, quibus obnoxius eſt, attentare valeat.

Scriniarij adiutores non debent ſociari numerarijs & chartularijs, niſi ſecundum modū hic declaratum. Item numerarijs in prouincijs hic deſcriptis adiunguntur ſcriniarij adiutores ordine hic declarato. Item adiutoribus & tractatoribus, incumbit neceſsitas ſcribendi præcepta & commonitiones & euectiones, quæ fiunt prouincialibus: & ſcripturæ ſine forma prædicta factæ præſumuntur falſæ, & cōtra facientes pœnis hic declaratis puniuntur. Bartolus.

Imperator Zeno A. X.

NVlli ſcriniario liceat pro tēpore numerarios pluſquā quaternis vicibus, nec his tamen continuandis, adiuuare[d]. Idemq; hoc ſup chartularijs[e] in præbēda pro tempore numerarijs opera obſeruari decernimus: ita, vt adiutorum[f] quidem biēnij, chartulariorū verò vnius anni interuallo continuatio interrūpatur, nulla[g] adiutoribus ad chartulariorū ſolicitudinē,

† Cyrenes legit, Alcia hic cum Py rho. cū Chi meleæ nom nuſquā apu coſmogra phos reperi tur. alij ver ſic legunt quam Anti chiæ quam

n Autoritas tua. loquitur præſe. vrb. Accurſius.

o Moniti. numerarij.

p Subiacere. forte extra ordinem: vt. d. l. in his.

q ACtuarios. expone vt. ſ. l. proxima.

r Chimeleæ. nomē ciuitatis eſt.

s Diuerſarum. ſcilicet. actuarios.

t Niſi. accipe manus &c. Accurſius.

v Sublimitas tua. loquitur p̄fecto prætorio.

x Contrectauerit. Not. non valere quæ fiunt à non iure electo. arg. contra. ff. de offi. præto. l. barbarius.

y SCriniarios. Tuę magnitudinis. loquitur præfect. prætorio.

z Sumere. ſic. ſ. ſi certum peta. l. eos. & ff. ſi certum peta. l. præſidis.

a Cogi. ſcilicet ſcriniarios. Accurſius.

b Volumus. ſic. ſ. de admi. tuto. l. cum quædam.

c NEmini. ſic. ſ. de epiſ. & cler. l. officiales. & ar. ſ. de agen. in re. l. fin. §. fideiuſſores.

d NVlli. Adiuuare. propter timorē rationis corrumpendæ & corruptibiliter notandæ.

e Chartularijs. chartularij ſunt ſcriptores, qui non ſunt ſcriniarij: id eſt, notarij. vel, id eſt, qui non præſunt ſcrinijs.

f Adiutorum. id eſt, ſcriniariorum.

g Nulla. No. aſcēdendum ad dignitates per gradus, non deſcen

descendendum:vt.ſ. quemadmo. ci. mu. iudi.l. maioribus. & ff.de mu. & hono.l. vt gradatim.

a OFficio tuæ magnitudinis. loquitur magistro militum officiorum.

b Precibus.scilicet porrectis.

c Statuatur. id est, statueremus.quod & fecimus tunc.

d Annuens.scilicet tunc.

e Promulgata.ad postulationem tui officij.

f Reuocauit.scilicet tũc,vel postea. & sic nunc reuocamus, qđ tũc cõcessimus ad petitionẽ officij tui. sed quãto tẽpore durabunt?Respon. triẽnio forte:vt.ſ.eo.l.ij. in fi. Vel aliter expone legem:quia statuerat vt per biennium duraret: tunc remouet quod est vltra annum ad petitionem tui officij, ad quod.ſ. de proxi.sac. scri.l. p biennio.

g PEr hãc. Tuæ celsitudinis. loquit̃ præfecto prętorio Illyrici, nam eius officiales deponebant officium,& fiebant tribuni prætoriani ascendendo ad maiorẽ dignitatem: vt.ſ.l. nulli. & tunc proferebatur quædam interlocutoria, seu decretum electionis,& aliqd ei dabatur. hic ergo statuit idem seruari in illis, qui eliguntur ad comitiuã de dictis officialibus.

h DE CVRSV PVBLI.&c. Quãdoq; ponit̃ cursus p officio currẽdi, qñq; pro loco,p quẽ currit̃ secũdũ.h. vt.j. l.ij.erãt eñ quidã officiales, qui præerãt officio,vt facerẽt cõduci milibus annonã & arma in plaustris, q̃ ducebant̃ cũ equis. vel in ipsis equis.ſ.e. l.cursum.&.j. de fabricẽ.l.fi.ſ. quoties.

i EQuos Decernimus. sic .ff. ad Sylla.l.j.ſ.impuberi.

quam semel dedignati sunt, descendendi danda licentia: ita,vt Orientalis quidem tractus pro tempore numerarijs,non nisi ab ijs scriniarijs, qui intra triginta viros à numerario retrò numerandos: Asianæ verò dioœceseos numerarijs non nisi ab ijs, qui intra quinquaginta à numerario similiter retrò numerandos inueniuntur: Ponticę verò & Thracicę dioœceseos passim & pro suo libito ex omni multitudine eligendorum adiutorum tribuatur facultas. Omnia sanè commonitoria, vel prœceptiones,aut euectiones,seu quęlibet publica instrumenta non solùm ad iutoribus, verùm etiam prouincię illius de qua disponitur tractatori inspiciendi, itidemq; subscribendi, aliorum quoque, qui vnà cum eo tractant, in eadem subscriptione mentione habenda, necessitatem incumbere. Si quid autem sine hac obseruatione ex Orientali, vel Asiano,vel Thraciano scrinio fuerit emissum, falsi suspicione non careat: exceptis publicis instrumentis, quæ à scrinio Ponticæ dioœceseos emittuntur: quod in ijsdem instrumentis solùm numerarium eiusdem dioœceseos, eiusq; adiutorem & chartularium subscribere magnitudo tua dispoſuit: ita, vt si quid huius legis fuerit violatum, numerarij quidem tam gradus sui,quàm solennitatum seu solatiorum vniuersi vnius anni iacturam: adiutores verò quinquaginta librarum auri, & chartularij quindecim itidem librarum auri pœnam subeãt.

Officium actuarij, quod olim durabat biennio, hodie concluditur anno. Bartolus.

Idem Augustus XI.

OFficio tuæ magnitudinis[a] datis precibus[b] postulante, vt numerariorum actus non in biennium, sed in vnum annum statuatur[c]: nostra pietas huiusmodi petitionibus annuens[d], dispositionem, quæ super biennio promulgata[e] fuerat, super vno tantummodo anno reuocauit[f].

Officiales præfecti prætorio Illyricano: si dignitatem comitiuam adipiscuntur, profertur sententia interlocutoria seu decretum electionis. Et illud eis dari debet, quod ante hãc legem dabatur, cùm officio prædicto deposito eligebantur prætoriani tribuni. Bartolus.

k PRęsidibus. Pecoribus. sub.pro.

l Paraueredi. indeclinabile*. id est, quadrigarij. & dicitur à para, quod est iuxta, & verede.i. equo ducente rhedã: à veho & rheda. secundum H.& sic bubulci vel aurigæ dicuntur paraueredę:à para,quod est iuxta. Deroge

* Si pergas audire, huiusmodi præceptiõibus, certe fiesineptus omnino. Nõ enim dictio inflexilis est. vt tradit Ac. vt liquet infra.l. comperimus. Indicat autẽ tam cursorẽ publicum, excursoremq;, quam iumenta currui publico principis sumptu destinata. Vt & veredarius nútium cursorẽ siue tabellarium equestrem celeritate literas perferentem significat. Nã veredus, equus est in deuorãdo velocitatis miræ, qui venationi vsui crebo fuit: vt discere licet ex Martiale. Parcius vtaris, meneo, rapiente veredo. stragula suc cincti venator sume veredi.

Imp. Anastasius A. XII.

PEr hanc diuinam pragmaticam sanctionem decernimus,quod antea tribunis prętorianis,dum dignitas eis,qui in scrinijs seu gradibus officij tuæ celsitudinis[g] deponunt militiã, præbebatur,& custoditum fuisse dignoscitur: hoc super honore quoque comitiuæ dignitatis eis impertiri,vt sententia pro fine eorum militiæ proferenda dignitatis etiam mentionem cõtineat. Hoc quoque tantummodo & sine speciali codicillorum,vel diuinorum apicum sanctione ad eandem dignitatem adipiscendam, & priuilegia eam sequentia sufficiat:ita tamen, vt primi ordinis comitiuam per interlocutionem eiusdem potestatis mereãtur hi,id est, cornicularius & chartularius & primiscrinius, & numerarius scrinij Macedoniæ,& scrinij Daciæ, & scrinij operum,& scrinij auri:hoc eodem in ijs etiam,qui post nouellam dispositionem diuę memorię Zenonis,quę de eisdem pœnis loquitur,& de eisdem personis,quę deposuerunt militiam,obtinente.

TITVLVS LI.

DE CVRSV † PVBLICO ET ANGARIIS, ET parangarijs[h].

† De cursũ publico multa Alc. hic nõ aspernanda itidem & Bu dę. in anno. poste. ad pandectas.

h Per pares curtis.in hoc & in ſe.ſ.ſic opponiꝫ:aut ĩficiaꝫ ſe habere noĩe guardię:aut nõ inficiaꝫ.ſi nõ inficiat,ad qd probat dñs:ltẽ ſi inficiatus fuerit:ad qd poſtea audiꝫ,cũ illi denegetur audientia,q propriã ſcripturã negauerit: vt.C.de non nu.pec. auth.cõtra q ꝓpriã: Itẽ qriꝫ in iſto.ſ. & ſe. ad qd deferaꝫ iuſiurandum vaſallo,ſi dñs in ꝓbatiõe deficiat , cũ actore nõ ,ꝓbante reus,& ſi nihil ꝑſtiterit , obtinebit: vt.C.de eden.l.q accuſare:Rñ.*ad cautelã hoc facit iudex, ſicut & in.C.de iur. l.ĩ bonę fidei.et.ff.de iureiu.l. admonẽdi. nõ eſt cõtra.ſ.de feu. guardiæ.vt ibi no.

* Hãc reſpõſionẽ hic refellit Iac. Beluſianus.

De mãſo.in iſto ſ.talis notatur diſtinctio:aut dñs aliqd ſibi reſeruauit,aut nõ. ſi non ſibi reſeruauit aliquid aut eſt vaſ.in poſ.aut nõ.In primo caſu tenetur probare vaſ.inueſtituram : & hoc facit retẽtio dñi. In ſecũdo vero qñ nihil ſibi reſeruauit, ſi nõ eſt in poſſeſsione, idẽ eſt.ſi vero poſsideat,nõ ,ꝓbabit inueſti.ſed ita eẽ iurabit.

k Reſeruauerit.ꝑ ſumiꝫ eĩ , ꝙ dñs incremẽtũ retinuit eo, ꝙ aliqd ſibi ĩ curiare ſeruauit.vñ vaſallus obtinere debet:et de ĩcremẽto ſpãꝫ inue. factã eſſe probare habet neceſſe. Vl dicas referre,vtrũ ſit diſcretũ vel latẽs incremẽtũ:vt ſi ſit diſcretũ,ſicut eſt ĩ ĩſula,ptineat ad dñm.ſi latẽs advaſallũ:vt.ff.de vſufr.l. itẽ ſi fundi.ſ.j.&.ĩ.

l Probare . qualiſqualis ergo retentio dño ,ꝓdeſt,vt hic & ĵ.tit.j.ſ.itẽ ſi qs feu.

m Pertinebit .in iſto.ſ.not.ꝙ reſoluto iure datoris,et ius acceptoris reſoluiꝫ,ſimile.ĵ.tit.j.ſ.rurſus. &.C.ſi pig.pig.dat. fu.l.j.Sed qro nũqd iſte qui ſecũdo loco poſsidet iure feudi,ſi velit priori dño ſeruire,an ſit expellẽdus: Rñ.nõ ſecundũ iura iſta:vt.j.qua oli po. feu.ali.c.j.verum hodie forte poterit.ſed vtrũ poterit vel non poterit.ĵ.plenius determinabitur.

fenſio[a],ex ordine tamen,quia aliunde vaſallus eſt,remittiꝫ[b] domino ex ęquitate defenſio.

Si uaſallus legitimè probauerit ſe fouere ius in parte feudi paterni per ipſum poſſeſſi: retinere debet etiam in alia parte:de qua uerſatur quæſtio inter ipſum & dominum.h.d. ſecundum.Alua.

Cùm autẽ quis dixerit feudũ ad ſe per ſucceſsionem pertinere,aſſerendo illud eſſe paternum : ſi fuerit in poſſeſsione medietatis,vel alicuius partis[c],vel cãbium proprietatis[d] nomine illius feudi habuerit, vel aliꝭ iuſtis rationibus[e] illud eſſe paternũ probare[f] potuerit:iure[g] obtinebit. Si verò probare non potuerit prędicto modo:dabitur ei defenſio cum duodecim ſacramentalibus.

Si uaſallus poßidet caſtrum nomine recti feudi,dominus autem dicat eum nomine guardiæ poßidere:domino incumbit probatio,& ſi probauerit,uaſallus condẽnabitur:niſi uaſallus probet ſe legitimè inueſtitum à domino , poſtquam in guardiam ab eo acceperit , domino uerò in probatione deficiente , uaſallo datur defenſio. Baldus.

Item ſi vaſallus poſſederit caſtrũ,quod dixerit ſe pro feudo tenere,& ecõtra dominus per guardiam dixerit ſe ei dediſſe:domini eſt probatio : & ſi poterit probare,tũc ille qui tenet,domino debet reſtituere,vel probare per pares[h] curtis,vel per breue teſtatũ poſtquã in guardiã ſuſcepiſſet ſe à domino ,ꝓ feudo inueſtiturã recepiſſe:dño verò in probatione deficiente , tunc illius erit defenſio,qui poſsidet.

Si creditor emit pignus,deſinit eſſe pignus,niſi eſſet emptio ſimulata,& de ſimulatione cõſtaret per certa indicia. Bart.

Similiter ſi aliquis poſſederit caſtrũ vel aliã rem , & dominus dixerit ſe pro pignore ei dediſſe:econtrario ille dixerit ſe accepiſſe pro feudo : ſi potuerit dominus probare , quod ei pro pignore dediſſet:tunc ille,qui tenet , domino reſtituet:vel probet ſupra dicto modo ſe poſtquam à domino pro pignore accepit , feudi nomine accepiſſe : & ſi dominus non poterit probare ſe nomine pignoris,qui poſſidet. Si quis de manſo[i] vno feudi nomine inueſtituram acceperit , & dixerit , quod omne incrementum pertineat ad eum per inueſtiturã , ſi dominus reſeruauerit[k] ſibi aliquid in ipſa curte:tunc oportebit fidelem incrementi inueſtituram per pares curtis , vel per breue teſtatũ probare[l]. Sed ſi dominus in ipſa curte nil ſibi retinuit : tũc omne incrementum iure feudi fidelis obtinebit. Si verò fidelis in poſſeſsione incrementi fuerit: non oportebit eum inueſtituram probare,ſed iurare.

Si ſecundus uaſallus accipiat inueſtituram de feudo à primo uaſallo,cum eius incremento , & aliquid accedat huic feudo uuente primo uaſallo:totũ incrementũ eſt ipſius uaſalli ſecundi . ſi uerò poſt mortem primi uaſalli decedentis ſine liberis,& ſic aperientis feudum domino,tunc totum incrementum ſpectat ad dominum. Bar.

Rurſus,ſi aliquis acceperit inueſtituram feudi cum omni incremento , quod ei obueniret , & aliquid accreuerit viuente eo , à quo acceperit : ipſius erit. & ſi ille , qui inueſtituram fecit,ſine hærede deceſſerit , & feudum reuerſum fuerit ad eum , à quo ipſe tenuerit , vel ad alium : quicquid poſt mortem eius , qui dedit,accreuerit : ad eum pertinebit[m] , ad quem regreſſum fuerit.

TITVLVS V.

QVIBVS MODIS FEVDVM AMITtatur.

Caſus primus feudi amittendi eſt:ſi dominus prælium cãpeſtre haduerit:& uaſallus eum morante in prælio dimiſerit nõ mortuũ,nec ad mortem uulneratum. Bal.

a Quia supra. Feudum amittere debet. Nunquid[a] est hoc intelligendum siue iuste siue iniuste dns præliet? Rn. hoc determinabitur. j. tit. j. hic finitur lex, deinde cosue. re. incipiunt. c. j. Sed quæro hic, si sciat dominum iniuste præliari, cum eum adiuuare non teneatur, si cum adiuuare incipiat, & eum postea, vt hic deserat: an feudo priuetur? Rn. hæc vberius. j. notabunt. arg. tamen est ad hoc quod non[b]: vt. C. de neg. gest. l. tutori. sufficit enim si tu vel in paucis &c. vt ibi dicitur. sed illud quod i hoc. c. dicit intelligo cu poterat dnm adiuuare & eu dimisit. Quid aut si brachijs abscisis aufugit, vt pote oino inutilis ad dni defensione? Rn. no priuabit feu. arg. j. de fu. sine cul. no a. §. ij. in fi. nihil em intererat dni vasallum ibi stetisse. ergo feu. no priuabit. cu perære que moriturus erat: vt ar. ff. de condi. ob cau. l. pecunia. §. vlti. & C. depo. l. si plures. Sed cosueuit qri qd auxiliu dno vasallus pstare teneat: nuqd salute suam debebit pponere saluti dni sui, an no? ar. est quod postponere debeat. ff. ad se. co. Syl. l. j. §. hic aute quæritur. ver. serui. Sed puto cotra[c] fore censendu, qa no tatu habet ius dns in vasallo, vt in seruo licet dicatur cotrariu. j. de ali. feu. pa. c. si a morte. s. quod debeat dnm a morte liberare si pot. Ac.

Quia supra dictu est, quibus modis feudum acquiritur, & retinetur: nunc videamus, qualiter amittatur. Si enim dominum prælium campestre habuerit, & vasallus eum morantem in ipso prælio dimiserit non mortuum, nec ad morte vulneratu: feudu amittere debet[a]. Item si fidelis cucurbitauerit[b] dominum id est cum vxore eius cocubuerit[c], vel concubere se exercuerit[d], aut cum ea turpiter luserit[e]; vel si cum filia, aut cum nepte ex filio, aut cu nupta filio, aut cum sorore domini concubuerit[f] (hæc ita obtinent, si in domo domini maneat) iure feudu amittere censetur[g]. Similiter si dominum assalierit, vel castru domini sciens[h] dominum, vel domina ibi esse[i]. Ite si fratre suu occiderit[k], vel nepotem. id est, filium fratris.

Aut si † libellario noie amplius medietate in feudu dederit: aut pro pignore plus medietate obligauerit ita vt trasactu permittat, vel dolo hoc egerit: amissione feudi multabitur[l]. His omnibus casibus feudum ad dnm reuertitur[m].

Rursus si fidelis minus medietate libellario noie feudu dederit, & sine hærede decesserit, & feudu ad dominu[n] redierit, vel postquam ad libellum[o] dederit, vel pignori obligauerit, & domino refutauerit: tunc ille, qui ab eo acceperit, nullo iure aduersus dominum se tueri poterit.

Qui consentit, iura sua perdit, & aliena fortificat. Bal.

Præterea † si ille, ad que feudu p successione iure obuenire debet, cosenserit eos iuestire, ad quos secudu rectu more non ptinet: nullo modo ad eu repetendu regressum[p] habet.

Ite si fuerint duo fratres, & vnus inuestitura feudi acceperit: si postea feudu cu fratre diuiserit, & ille, q feudi parte accepit, postea plus medietate vendiderit, & sine hærede le[gitimo decesserit] ...

b Cucurbitauerit[d]. quod dicit cucurbitauerit, verbu est. inde cucurbita nomen verbale. alias dicitur arga: vt in Lobar. de conuitijs. l. j. sed in hoc loco quida[e] habent glo. vacant iste causæ amittendi feu. propter inferiores. §. huius tit.

c Concubuerit. vel cu inimicis dni amicitias copulauerit, vel taliter cotra dnm se habuerit, vt magis præsumat inimicus, qua amicus: vt ar. C. de inof. test. l. liberi. & ff. de offi. præf. vrb. l. j. §. cu patronus. s. si dns no placitauerit vas. de culpis comisis in vita sua, nec hæres debet placitare: vt. C. de inof. test. l. omnimodo & C. de reuo. do. l. j. & ff. de proba. l. Proculus. Acc.

d Exercuerit. hoc ideo, quia in maleficijs potius volutas, qua effectus ispicitur: vt. ff. ad. l. Cor. de sic. l. diuus. & hoc intelligo nisi propter pœnitetia destiterit: vt. ff. ad. l. Cor. de fal. l. qui falsam. si vero ppter impossibilitate destitit. affectus est puniedus: vt no. in dist. Py. cum quis habet voluntatem delinquendi &c.

e Luserit. puta forte manus ad pectus eius ponedo, vel etia turpius aduersus dominu lusit: vt in Lobar. qua. quis se defen. de. l. si qs modo. ludus em siue lusus noxius in culpa est: vt. ff. ad l. Aquil. l. nam ludus. Quis enim eos ludos appellet, ex quibus crimina oriuntur: vt in costi. Fride. Impe. circa fi. costitutionis.

f Concubuerit. quidam habent hic in tex. post illa verba statim hæc alia. hæc ita obtinet, si in domo domini maneat. quida non habent: sed credimus illa esse superflua.

g Amittere censetur. sed nuqd hodie & illud est correctu, vt no possit auferri sine certa & couicta culpa? Rn. nequaqua, q em specialiter no remouet, quare stare prohibet: vt. C. de tes. l. sancimus: quicqd enim noua lege no inuenitur expressum, illud in costitutionibus veteru constat esse relictum: vt. C. de ap. l. præcipimus. in fi. l. satis tamen puto[g] posse dici contrarium: vt in Lombar. de bene. & ter. tri. l. vl. & j. de feudo sine culp. non amit. c. j. & ti. quo tem. mi. inuest. pe. de. c. iij.

h Sciens. ita tn, q crassa & supina ignoratia eu no excuset: vt ff. de cotrahe. emp. l. & fi. §. ignoratia. & de iu. & fa. ign. l. nec supina. imo, vt verius loquar[h], subaudiedu est maxime: qm sacra metum facit. Sed tu instabis, nuquid feudo priuat vas. quia sacramentum fidelitatis deserit? Rnd. nequaqua: vt. j. que fu. pri. cau. bn. a. §. illud em. Sed ibi loquit qn deserat se subtrahendo hic aute delinquedo. si ergo sciat vel ignoret dnm ibi esse, feudo priuat. Ite siue ibi fuerit, siue no fuerit: licet videat obuiare j. q fu. pri. ca bene. amit. §. porro. non ibi loquit de alieno loco qm sciens ibi dnm ee, feudo priuat, sic ergo rone loci licitu de prehedit: qd als non liceret: licet alibi sit contra: vt. C. de tep. in inte. resti. l. vlti. & hoc ita ta varie: qm maiore iniuria putauit legislator in eius domo fieri, quam alibi: vt. ff. ad. l. Iuli. de adul. l. quod ait.

i Ibi esse. alias intus, & als ibi. sed melior litera est intus.

k Fratrem suum occiderit. Hic qritur, cui deferat istud suu. nuquid ad dnm vel ad vasallu? Rnd. ad vtruq pot referri no tn indistincte. nimirum fratre dni sui vasallus occiderit no tn ideo feu. amittit. sed istud intelligo, nisi in tradedo. i. pdendo hoc fecerit. na extuc si extraneus esset priuaretur feudo: multo ergo fortius si domini fratre ita occiderit. & in hoc casu feu. ad dominum reuertitur, si vasallus supstius fratre interficiat ad hoc forte, vt tota hæreditatem habeat: vel simile feloniã fecit, puta hominem occidendo, vt amplius in curia stare non posit, feu. amittat. verum quia in dominum no deliquit, ad proximu agnatum pertinebit: vt. j. an ille qui interfecerit fratre domini sui, feu. amit. c. si quis interfecerit[i].

l Multabitur. nunquid toto priuabitur rone partis alienatæ? Rn. imo in quo deliquit: vt. j. de va. q cotra costi. Lotha. bn. ali. c. j. hodie no pot aliqua parte alienare sine dni volutate: vt. j. de prohi. feu. ali. per Fri. l. imperialem. quicquid hic dicatur.

m Reuertitur. post hoc verbum reuertitur, & ante. §. rursus. inueni glo. tale: derogat hoc nostro tepore i curia Mediolanesi.

n Ad dominum. hic notari possunt, quæ notauimus. s. tit. j. §. rursus. & j. ti. illo, qua olim po. feu. ali. circa princ. Sed quærit nunquid hic secudus vas. valeat cotra hærede ipsius experiri, cu decesserit sine hærede. s. in feu. sed cum hærede in alijs bonis? Rn. hæc quæstio potius facti est qua iuris: & pot determinari secudu quod legit. j. de inuesti. de re aliena. c. cu de re aliena. Sed nuqd eodem modo resoluitur ius acceptionis si culpa sua dominus. i. primus vasal. feu. amittit? Rn[k]. vtiq: nam si propter inimicitias id accidit siue alio modo propter culpam suam: ipse tenebitur: vt ar. ff. sol. ma. l. penul. in prin. & ff. loc. & coduc. l. si merces. §. conductor. & ar. C. de condi. ob cau. l. si militem.

o Ad libellum. alias ad libellum. alias ad libellarium. Acc.

p Regressum. Sed nunquid hoc intelliges quocunq modo consentias. i. siue tacite, siue expressim? Rnd. vtiq: vt arg. C. de remis. pig. l. ij. & l. si hypothecas. & ff. de re iu. l. credito. in fin. nisi dum tacite cosentit, intelligat ius suum vbiq durare: vt. ff. quib. mo. pig. vel hyp. sol. l. sicut. §. non videtur. Ite istud intel-ligo

AA iij

h Ide Bald. Albe. & ppo.

Locus illicitum facit licitum.

† Cocor. eu hoc. §. ea q dicuntur in. c. ij. cum gl. super verbo cofortem. extra de feu.

i Istam glo. in fi. sequuntur. Bald. & Albe.

k Approbatur per Bald. Albe. & ppo.

ligo, quãdo ex certa ſcientia cõſenſit[a]. nã alias potius intelli-
a Idem Bald. & Alber. tur errare quam iam cõſentire: vt. ff. de iud. l. ĩ. & de iuriſ. om. iu. l. ſi per errorem. & j. ſi de feu. contr. fue. ca. ſi vaſallus. Idem conſentire hic intelligitur, q̃ pr̃eſens eſt, nec contradicit: vt ar. ff. de decu. l. decuriones. ĩ. vl. & ff. ad mu. l. ĩ. & C. de filĩſſa. l. j. lib. x. in ſumma autem hic notandũ eſt q̃ qui alĩ conſentit ipſe ſua iura perdit: vt. C. de admi. tut. l. cum quidam. Ac.

a Reuertitur. hoc intelligo, quãdo cõ muniter feudũ acceperunt: & nominatim dictũ fuit, vt alter alteri ſuccederet. nam alioquin nullũ eſſet dubiũ: et nil operaretur talis ꝓhibitus cõtractus: q̃a alias frater fratri nõ ſuccederet in feudo vt. ſ. q̃ feud. da. poſ. ſ. ĩ. Sed tu inſtabis: quoniã ſi non delinquat vaſal. in dominum, ad ꝓximiorẽ agnatum, & non ad dñm feudũ reuertitur: vt. j. in qui. cau. feud. amit. ſ. vlt. ibi quoq; et in dominũ delinquere intelligitur: quoniã contẽnere videtur, vt ibidẽ oſtenditur. ſic ergo alterius delictũ ſiue factum alteri obeſſe videtur. ſed hoc plenius notabiť. j. quæ fuit prima cau. bene ſi. amit. ſ. vlti. & j. ſi vaſal. feu. pri. cui de-
ꝓ Exponit hic do. Alua. i. plebanus. & iterdũ præpoſitus nam vt dicit idem importat. & vide hic præfatum do. Alua. tractantẽ de ordinibus & dignitatibus eccleſiaſticis valde diffuſe in. iij. col. ante finẽ. verſi. quæro quoniã alibi. fe. ca. vaſalli. Ac.

b Curtem. ſcilicet qd̃ vulgo de cauena dicit. ſic ergo ſecundũ iura iſta alias habet vaſallus feudũ in curte dñi ſui, alias extra. & ſi extra: vel dñs habet diſtrictum, id eſt, iuriſdictionem: vel non. in primis duobus caſibus non poteſt aliquã partem ſine domini voluntate libellario nomine dare: ſed ĩ vltimo vſq; ad medietatem poteſt. vt. ſ. prope. &. j. in pluribus caſibus vel locis. veruntamẽ hodie in nullo iſtorũ caſuum poteſt vaſallus ſine domini volũtate, id alteri cõcedere: vt in conſti. Fride. imperialem decet ſolertiam &c. ſic itaq; qualiſqualis retẽtio domino prodeſt: vt hic, &. ſ. ti. j. ſ. ſi quis de manſo vno. Accur.

gitimo deceſſerit: feudum ad dominum reuertitur[a]. Item ſi quis feudũ habuerit in curte dñi ſui: non poterit ipſum feudum in aliqua parte libellario nomine alicui ſine conſenſu domini ſui dare, vel pignori obligare. Similiter ſi extra curtem[b] detinuerit, & dominus diſtrictũ habuerit, vel alium honorem: ſi alienauerit ſine domini voluntate, iure ad dominum reuertitur.

TITVLVS VI.

EPISCOPVM, VEL ABBATEM, VEL ABBATiſſam[c], vel dominum plebis feudum dare non poſſe.

Epiſcopus, abbas, uel abbatiſſa, uel dominus plebis non poſſunt decætero infeudare res eccleſiarum ſibi ſubiectarũ: quæ uocãtur tituli. Bal.

ITem ſi epiſcopus vl̃ abbas, vel abbatiſſa, vel dominus† plebis feudum dederit de rebus eccleſiarum, quæ eis ſubiectæ ſunt, & tituli vocantur: nullum habet vigorem[d], ſecundum hoc, quod cõſtitutum eſt à Papa Vrbano in ſancta ſynodo: hoc eſt illud, quod poſt eius decretum fuerit datum: quod autem antè datum fuerit, firmiter permanere debet. Idem iuris eſt, ſi ſit præpoſitus, vel abbatiſſa, vel alia eccleſiaſtica perſona, quæ antiquitus non ſit ſolita in feudum dare, ſcilicet, vt quod dederit, de iure non valeat.

Fœmina poſita in copula cum maſculo, non ſuccedit ſimul cũ eo: ſed ita demum ſi maſculus non eſt. Bald.

c EPISCOPVM VEL ABBATEM, &c. Alias non eſt hic ti. nec litera capitalis, ſed ſolus. ſ. & male.

d ITem ſi epiſcopus. Nullum habet vigorẽ. hoc qualiter ſic intelligendum, in ſumma expoſuimus. vnde iſtud notandum eſt: quia quod conſtituit Papa Vrbanus, in futurum duntaxat habet locum, & merito: quia nil peccauit antiquitas, cum huius decreti foret inſcia: vt. C. de teſtamen. l. iubemus. in fin. &. ff. de iure immu. l. j.

e Non admittuntur. Sed quid ſi maſculum relinquit et fœminã: nunquid & fœmina in feudo ſuccedit? Rñ. nõ: vt. j. ti. ĩ. ſ. ĩ. niſi forte maſculus ſubito poſt mortẽ patris mortuus ſit, quaſi nõ videatur extitiſſe, cum nõ perſeuerauerit: vt. ff. de in iu. ru. teſt. l. poſthumus. nec enim patet locus fœminę in feudi ſucceſsione, donec maſculus ſupeſt ex eo, q̃ primus de eo feudo fuerit inueſtitus. j. de eo, qui ſibi vel ſu. hære. maſcu. & fœmi. inue. ac. ca. qui ſibi.

Eſſe nõ videtur qd̃ parũ durat.

Quinetiam ſi quis eo tenore feudum acceperit, vt eius deſcendentes maſculi & fœminæ illud habere poſſint: relicto maſculo, vlterius fœminæ non admittuntur[e]. Mutus feudum retinere non poteſt[f], ſcilicet, qui nullo modo loquitur: ſed ſi feudum fuerit magnum, quo ei oblato, ſe exhibere non valeat: tantum ei relinqui debet, vnde ſe ſuſtinere poſſit. Et his omnibus caſibus feudum amittitur, & ad dominum reuertitur.

f Feudũ retinere non poteſt. quod hic dicitur, pleriſq; non placet: vt ĩ Lõbar. de bene. & ter. tri. ſi quis terrã. Sed de quo muto ſit ĩtelligendum. queſo mihi dicas. aut enim de muto à natura: aut de muto alias. ſ. ſupueniẽte caſu ſicut diſtinguiť. C. qui teſt. fa. poſ. l. diſcretis. de muto à natura non poteſt intelligi: quoniam ſi potuit acq̃rere, multo fortius debet retinere. ſi de alio intelligatur, ſic opponiť quilibet in vltimo articulo vitę mutus efficitur. Rñ. peritus, amice, ſummã ſubtilitatẽ ſecutus es: igiť loquela tua à iudicibus non eſt admittẽda: vt. ff. qui. mo. pi. vel hyp. ſol. l. ſicut. ſ. ſi debitori. imo potius eſt reſpuenda: vt. C. ad tre. l. pe. &. C. vt ac. ab hære. & cõtra hę re. inci. l. j. & hoc qd̃ alibi diciť, ſimplicitas ẽ amica legibus vt inſt. de fideic. hæ. ſ. ſed quia. et iſti. de leg. ag. ſuc. ſ. ſed ſimplicitatem. ſic ergo legitimũ factũ propter ſuperueniẽtiã turbať: vt. ff. vnde vi. l. vl. & in auth. de teſt. & ea quæ pa. ſ. fi. &. C. de ſec. nupt. l. j. vel intelligiť hic de feudo paterno: quod ſecundũ quoſdam mutus, ſurdus, cæcus, claudius, vel aliter ĩperfectus nõ retinebit: q̃a feudo ſeruire non valent: vt. j. tit. an mutus, vel aliter imperfec. feu. reti. c. mutus. Vel intelligas ſecũdũ quod de hac materia in ſumma no. in ti. quſb. mod. feu. amit. ſ. propter caſum. Accur.

Legitimũ factũ p ſuperuenientia turbatur.

TITVLVS VII.

DE NATVRA FEVDIS.

Non poteſt de comitatu, marchia, uel baronia inueſtitus per principem, de his pro libito deueſtiri: & quod de principe dicit, idẽ de maximis & maioribus ualuaſoribus. Bal.

NAtura feudi hæc eſt, vt ſi princeps inueſtierit capitaneos ſuos de aliquo feudo, non poteſt eos deueſtire ſine culpa[h], id eſt, marchiones & comites, & ipſos, qui propriè hodie appellantur capitanei. Idem eſt, ſi inueſtitura ſit facta à capitaneis & maioribus valuaſoribus, qui propriè hodie capitanei appellantur. Si verò facta fuerit à minoribus vel minimis valuaſoribus, aliud eſt. Tunc enim poſſunt deueſtiri non habita ratione culpæ, niſi fecerint hoſtem Romæ. Tunc enim idem eſt in militem

g DE NATVRA FEVDI. Alias hic inueni notabile in glo. vacat hoc ca. ꝓpter inferius c. mutus. ſed Iac. Gaufredi alias Columbi, hanc gl. nõ habet.

h NAtura. Sine culpa. ſimile. j. de feu. ſine cul. non a. c. j. & ti. quo tẽpo. mi. inue. pe. de. c. iŋ. & in Lombar. de bene. & ter. tri. l. vl. ex iſto loco colligiť ar. ſecũdũ veteres, q̃ ex perſonarũ qualitate & differentia licitũ deprehẽditur, qd̃ alias eſſet illicitũ. arg. ff. de proba. l. cũ de indebito. & inſt. ad. l. Aquil. ſ. ĥ. &. C. de procur. l.

militẽ.de hoc plenius inueniť in libello Py.char.ij.in ti.ex perſonarũ qualitate &c.ſcđm modernos vero iter maiores & minores nõ hr̃ diſcretio.Itẽ colligiť adhuc,ꝙ id qđ ab initio eſt volũtariũ,ex poſtfacto neceſſariũ efficiť:vt no.ff.de ac.et ob.l.ſicut.cũ ſuis cõcor.Itẽ colligiť ꝙ licitũ eſt añ,qđ poſtea nõ licebit:vt.ff.de off.p̃.l.ſenatuſcõ.&.ff.de ſer.l.j.&.ff.de ꝓc.l.ſed ẽt.& de iu.l.ſed & ſi.§.ij.et de infa.l.ſolet.et.l.ij.§.j.ff.de ri.nu.l.ſi qs offõ.ar.cõtra.ff.de iu.l.ij.§.pe.&.ff.de rit.nu.l.ſi quis tutor.§.quãuis.Accur.

Licet antea, quod poſtea non licet.

minimis,qđ ī maioribus valuaſoribus,vel niſi emerit feudũ.tũc em̃ pretiũ[a] reſtituẽdũ eſt ſecũdũ antiquũ & rõnabilẽ vſũ.Moderni aũt nõ ita ſubtiliter cernentes dicũt idẽ obſeruãdũ in minimis,qđ dictũ eſt ī maioribus valuaſoribus.

TITVLVS VIII.

DE SVCCESSIONE† FEVDI.

Si habens feudum decedat maſculis & filiabus relictis:ſoli maſculi ſuccedunt in feudum, non filiæ ſeu fœminæ.Bal.

SEquiť de ſucceſſione feudi videre.Si quis igiť deceſſerit filijs & filiabus ſupſtitibus:ſuccedũt tãtũ filij æqualiter[b], vel nepotes ex filio,loco ſui patris:nulla ordinatione defuncti in feudo manente,vel valente.

Feudo paterno alienato:uel de quo eſt filia inueſtita,ſuccedit maſculus ſuperſtes.Bal.

Hoc quoq;[c] obſeruať,vt ſi frater meus alienauerit partẽ ſuã[d] feudi,vel fecerit īueſtiri[e] filiã ſuã ſi moriať[f] ſine hęrede maſculo[g],nihilominus reuertiť ad me.& olim obſeruabať vſq; ad quartũ gradũ tãtũ ſecundũ quoſdã:hoc ideo,quia poſtea non vocatur feudũ paternum.Alij autẽ dicunt vſq; ad ſeptimum[h] gradum.

Filia non ſuccedit in feudo,licet uaſallus deceſſerit ſine hærede maſculo,niſi inueſtitura facta fuerit in patrem,ut filij & filiæ ſuccedant in feudum.Bald.

Filia verò nõ ſuccedit[i] ī feudo,niſi inueſtitura fuerit facta in patrẽ vt filij & filiæ ſuccedant[k] in feudũ(tũc em̃ ſucce-

a Pretiũ.hic colligiť,ꝙ non debet qs duplici dãno.affici.ſimile.ff.de cõdi.ob tur.cau.l.ſi pecuniã §.pe.&.ff.ad.l.rho.de ia.l.nauis.in fi.&.ff.de act.em.& vẽ.l.ex empto.§.vl.et.ff.de iur.do.l.iure ſuccurſũ.et.ff.de pœ.l.ſãctio.Sed cõtra.ff.de trãſac.l.q fidẽ.& C.de trãſa.l.cũ ꝓponas.et.l.ſi qs maior.&.C.de ſec.nup.l.j.Itẽ innuiť hic,ꝙ feudũ emi valeat:vt.j.de feu.da.minimis val.c.ſi minores.& de bene.fratris.c.j.&.j.quẽad.ad fi.feu.p ca.ſi qs ſine filio maſculo.Sed cõtra.j.de feu.da.in vicẽ le.con.c.j.ſed dño dãte ibi vberius exponetur,& in ſumma etiam expoſitum eſt.

† Facit ad tenorẽ iſtius tituli. Inno. in ca.ij.extra de conſuetu. & ca. vxore. extra de his q̃ fi. à ma.p. c.& per Dy. in ca. beneficium.de reg. iur.lib.vj.

Feudum emi poteſt.

DE SVCCESSIONE FEVDI.

b SEquitur. Aequaliter.hic colligiť ī primis,ꝙ melior eſt maſculorũ conditio quã mulierũ:ſicut & in multis no.vt.ff.de ſta.ho.l.in multis.& no.s.q feu.da.poſ.§.hoc aũt notãdũ eſt.q̃dã pñt hic notari,q̃ notata ſunt alibi.vt in ſumma de ſuc.ab inte.eſt diſputatũ.inferius aũt de ſuc.tractaturi plenius exponemus,q pñt ſubtiliter indagari.Py.et ſecũdũ quod de hac materia in ſumma no.

Maſculi melior eſt conditio,quam fœminę.

c Hoc quoque.ſuper iſtud hic gloſſatum inueni,vacat hoc propter inferius ca.per ſucceſsionem.

d Partẽ ſuã.i.ad libellũ cõceſſerit:qđ qdẽ facere potuit ſine dñi volũtate:vt.j.de feu.alie.c.j.& hoc cõtingit ea rõne:qa ps tm̃ feudi eſt alienata:cũ vnũ erat feudũ tm̃,ꝙ ad alios fr̃es ꝑuenerat ex ſucceſsiõe pr̃is ſeu aui:& iõ donec vixerit alienator,frater eius nõ poterit petere ꝑtẽ illã alienatã:ſcđm qđ hic.j.ſequiť.ſi moriať ſine hr̃de maſculo,nihilominus reuertiť ad me &c.q.d.añ mortẽ eius nõ põt reuerti:imo nec dñs poterit eũ recuꝑare,niſi demũ alienatore mortuo ſine hr̃de maſculo ſubaudias & ſine fr̃e:vt.j.de feu.ali.§.ſi cliẽtulus fecerit libellum &c.Vl'ſi vis ītelligere.ꝙ hic loquať ẽt de alienatiõe titu.vẽditiõis facta:dicas,ꝙ hic loqť ſcđm ſua tꝑa,olĩ em̃ poterat vaſallus neceſsitate ſuadẽte vſq; ad medietatẽ ſine cõſenſu dñi feudũ vẽdere:vt.j.qua.olĩ po.feu.ali.c.j.§.j.& ſcđm hoc habet locũ notula Py.quã hic no.q̃ ſic īcipit,Hic colligiť fratrẽ ad ꝑtẽ eius,q alienauit &c.nã & tũc qñ vaſallus vẽdebat ꝑtẽ ſine cõſẽſu dñi,nõ irritabať vẽditio,niſi demũ mortuo alienatore ſine hr̃de maſculo.verũtñ ſi dñs volebat eã rediere ꝓ ęqli p̃tio,poterat hoc facere:ſed agnatus ꝑferebať ei & ī ꝓhibẽdo & ī redimẽdo:vt.j.q̃.olĩ po.feu.ali.c.ẽ aũt.§.porro ſiue de bõa.hodie vero īhibita ẽ oĩs feudi alienatio tã ꝑticularis,q̃ totalis ꝑ leges Lo.& Fr.j.poſitas.q̃ ſi fiat,hodie ipõ iure nõ tenet,& ad dñm libere reuertiť:vt dicit.d.l.Fri.īperialẽ.qđ ītelligo verũ eſſe qñ feudũ erat nouũ ſeu tale pr̃nũ,ad qđ nõ veniebat aliqs poſt alienatorẽ:cũ nõ hẽbat agnatos ſeu deſcẽdẽtes,& nõ erat pr̃nũ ad qđ agnati vẽditoris venire debebãt poſt mortẽ eius ſine filijs maſculis:qm̃ tũc ipſius agnati p̃ferũť dño:ſicut olĩ p̃ferebãť ei ī redimẽdo ꝑtẽ.ſ.feudi alienatã:vt.s.no.ẽ ſicut & al's dr̃,ꝙ ſi vaſallus culpã cõmittat ꝓpter quã feudũ amittere dẽat:neq; filius neq; eius deſcẽdẽtes ad id feudũ vocabunť:ſed agnati admittenť:vt.j.ſi de feu.cõtr.fu.c.ſi vaſ.&.j.ſi vaſ.feu.pri.c.ſi vaſallus,ſicut ergo olĩ p̃ferebãť agnati dño:ita & hodie p̃feruntť:cũ hoc nõ ſit mutatũ:qa qđ ſpãliter nõ mutať,quare ſtare ꝓhibeť:vt.C.de teſt.l.ſancimus.qcqd em̃ lege noua nõ vr̃ exp̃ſſum,id veteri legi debet ītelligi relictũ:vt.C.de ap.l.p̃cipimus.i fi.Dices ergo.ꝙ hic loquiť de alienatione quę fiebat olim añ cõſtitutionẽ Lotharij & Friderichi.olim em̃ ſi vaſallus alienabat feudũ,et poſtea ip̃m recuperabat:ip̃m tã quã feudũ retiebat.Hodie vero ſecus cũ ſtatĩ poſt alienationẽ illicitã ſit hoc domino aptũ:vt.j.qd iuris ſi vaſ.poſt alie.feu.ipſum recupe.c.j.Sed vr̃ ꝙ dñs oĩno debeat agnatis p̃ferri,qñ vaſallus feudũ vẽdidit:qa tunc vr̃ dñm cõtẽnere:vt.j.in quib.cau.feu.ami.§.deniq;.in fi.cũ vaſallus ita in dñm peccet,ꝙ feudum amittere dẽat:nõ ad ꝓximos ſed ad dñm beneficiũ reuerti debet,vt dñs hãc ſuę ī iurię vltionẽ habeat vt ī.d.§.circa prin.Sed dicas,ꝙ ibi loqtur de feudo nouo:vel de tali pr̃no ad qđ nõ veniũt agnati ex latere veniẽtes.cũ non ſuꝑſint:ſed tm̃ deſcẽdẽtes ab eo q illud acqſiuit:& ad hoc vr̃ facere lr̃a ibi poſita,nõ ad ꝓximos.& nõ dicit agnatos:q̃ ſi voluerit ītelligere de deſcẽdẽtibus tm̃,ar.ad hoc.j.ſi de feu.cõ.fu.c.ſi vaſallus culpã cõmittit.&c.eodẽ modo põt ītelligi qđ legiť.j.an ille q in fra.do.ſui.c.ſi qs īterfecerit.licet alibi dicatur,ꝙ ille ꝓximus eſt,quem nemo ſequitur:vt.ff.de verbo.ſignific.l.proximus.

Culpa vaſal. filijs hæredi nocet.

Proximus eſt quem nemo ſequitur.

e Inueſtiri.qd ergo erit,ſi frater cõſentiat fratri ſic faciẽti:nũ qd filio p̃iudiciũ facit:& certe vr̃ ꝙ nõ:vt.C.de li.et eo.li.l.ij.ar.ff.de ado.l.ſi arrogator.&.ff.de ſen.l.emancipatũ.ſed qũo cũ teneať affirmare qđ defunctus voluit:nec debeat hr̃di licere,qđ defũcto nõ licebat:& maxime cũ nõ poſsit filius feudũ hr̃e,& hr̃ditatẽ repudiare:vt.j.an agn.vel filius defũ.poſ.feu.reti.c.ſi cõtigerit.&.j.de cap.q cu.vẽ.c.filius nõ põt.&.C.de li.cã.l.ſi ab eo.&.ff.ꝓ ſoc.l.hæres.& de diuer.& tẽp.præ.l.cũ hæres.ſecundũ quod de hac materia potes inuenire in libello diſ.Py.ij.char.& ꝓ & cõtra ī ru.nõ eſt licitũ hæredi &c.& in ſuꝑioribus rubricellis.rñ.q̃ oppoſita ſunt loquunť ī feudo paterno:& hoc nõ eſt pr̃nũ,ſed ab añceſſoribus acqſitũ igiť nõ iure pr̃no hoc habet nepos.ar.ff.de adop.l.ſi arrogator.§.pe.

f Si moriatur.ſine filio maſculo:vt.j.de alie.feu.§.inde poteſt præſumi.Accur.

g Maſculo.hic colligiť fratrẽ ad ꝑtẽ eius,q neceſsitate ſuadẽte alienauit.vel alio mõ à iure ſuo cecidit,non admitti,donec ſuꝑerit alienator.nã & ſi hęres ſcriptus rogatus eẽt alicui poſt mortẽ ſuã reſtituere hr̃ditatẽ ſuã,& cõdẽneť,& bona eius occupenť à fiſco:interim veniẽs fideicõmiſſarius hæreditatẽ petẽs repelliť.expectãda em̃ eſt mors ſcripti:vt.ff.de iu.fiſ.l.Statius Florus.§.fi.& de leg.ij.l.cũ pater.§.hęreditatem.&.§.ab inſtituto.& ar.j.de leg.Cor.§.profecto.Accur.

h Vſq; ad ſeptimum.ſed hodie obtinet vſq; in infinitũ:vt s.qui feu.da poſ.§.hoc quoq; ſciendum eſt.

i Nõ ſuccedit.nec eius filij.ꝓles em̃ fœminini ſexus,vel ex fœmineo ſexu deſcẽdẽs aſpirare nõ põt ad feudum,niſi ex pacto:vt hic,&.j.de gra.ſuc.in feu.c.j.licet em̃ filię vt maſculi ſuccedant patri,legibus tñ à ſucceſsione feudi remoueť & eorũ filij:vt.s.qui feu.da.poſ.§.hoc autem notandum eſt.

Fœminæ ad feudum aſpirare non poſſunt.

k Succedãt.hic põt notari illud gñale,ꝙ licitũ eſt expreſſe,qđ tacite nõ licet:vt.C.de pi.l.iij.&.ff.de cõtra.em.l.Labeo.&.C.de do.inter vi.& vx.l.donatiões.cũ omnibus cõcordã.ſeq.ī rubricella illa imo expreſsim & ꝑ pactũ licet.qđ eſt ī li.di.Py.char.ij.licet cõtrariæ ſint rubricellæ illæ ibidẽ pręcedẽtes.notari tñ hic põt,ꝙ illđ locũ habet ī feudo maſculorũ:qm̃

Expreſſe licent,quę tacite non.

filia recte ſuccedit matri in feudo ſecundū quoſdā:vt.ī.de na. feu.c.j.licet videaꝛ contra.ī.de bene.feu.c.j.& ſup illud ſuccedat:inueni gl.talē in quibuſdā lib.ſic dicētē,vacat hoc.c.propter inferius,ſi duæ.ī.de feu.marchi.

a Non extantibus.vel extātibus & ſubito mortuis:quaſi nō videanꝛ extitiſſe vt no.ſ.epiſcopum vel abb.&c.ſ.quinetiam ſi quis.

b Inueſtitura.hoc eſt dicere,ſiue vnus tm̄ fuerit inueſtitus, ſiue ambo fuerit inueſtiti,non ſuccedet vnus alteri,niſi hoc dictū fuerit expreſſim,et alter decedat ſine legitimo hærede.ſecūdū qđ hic dicitur,&.ſ.q feu.da. poſ.ſi cū vero Corradus.&.ī.de feud. mar.ca. ſi duo frēs.

c QVI SVCceſſores &c.

Hic pōt eſſe ti.qui ſuc.teneā.titulus talis eſt, qd iuris ſi qs fuerit inueſtitus de alieno feudo.hoc autē nō vtimur in noſtro apparatu.

d SI quis inueſtitus.Inueſtitoris.nimirū ex qua perſona quis lucrū capit,eius quoq; factū pręſtare teneꝛ,et ſi qn̄ iure factū non eſſet:vt.ff.de re iu.l. ex qua pſona.&.C. de lib.cau.l.ſi ab eo. Accur.

e Inueſtiri.& merito: quia per patrē vel teſtatorē ſibi deferebaꝛ. at in ipſius perſona locū nō habuit:igitur nec hęreditas cōpetit.nimirū nec debet pmitti hęredi,qđ defuncto non fuit licitū:vt.ff. de diuer.& tempo. præſcrip.l.cū hęres. &.ff.quod quiſ.iu. l.iī.&.ff.de ver.ob. l.ij.& qua.re.ac.nō da.l.j.& de cond.& demō.l.cui.& de eden.l.quędam.& in ſumma in titulo illo,nō eſt licitum hæredi &c.vt no.ſ.tit. j.ſ. hoc quoq;. ſup verbo illo,inueſtire filiū &c.& ſunt hęc omnia intelligenda

Hæredi non licet,quod de functo nō licuit.

pit filia filijs non extātibus[a]) vel niſi inueſtitæ fuerint de hoc feudo paterno.In alio verō feudo quod habuit initiū tantùm à fratribus,non ſuccedit vnus alteri,ſiue vna inueſtitura[b],ſiue duabus:niſi hoc fuerit dictum expreſsim,vt alter alteri ſuccedat.

TITVLVS IX.

QVI SVCCESSORES TENENTVR[c].

Inueſtitura papæ potentior eſt,quam iuſiurandum.Itē facta inueſtitura à laico de alieno feudo in diem uel ſub cōditione,ſortitur effectū ualallo mortuo ſine ſucceſſore,ſiue præmoriatur inueſtitor,ſiue inueſtitus,ſiue tenens feudum: ſed pure facta inueſtitura non ualet.facta uerò inueſtitura ab eccleſiaſtica perſona modo prædicto:nō ſortitur effectum ſi præmoriatur inueſtitor antequam feudum tenens:uel ſi ſub conditione:uel tempore:antequam conditio,uel tempus exiſtat.Bal.

SI quis inueſtitus fuerit de alieno feudo poſt mortem eius: vel ſi quis fuerit inueſtitus ſub conditione aliqua, vel tempore, quo nullus erat inueſtitus:ſiue præmoriatur tenens feudum,ſiue inueſtitor,ſiue inueſtitus:inueſtitor & inueſtitoris [d] hæredes tenentur inueſtito,vel hæredi eius veniente tempore vel conditione:licet alij dicant,ſi moriatur inueſtitus,antequam tenens feudum, vel ante conditionem exiſtentem,vel ante tempus, quòd hęredes eius nō debeāt inueſtiri[e].Nam ſi quis fuerit inueſtitus purè de alieno feudo,non valet habita inueſtitura[f].hoc ita eſt,niſi fuerit facta ab aliqua eccleſiaſtica perſona.tunc enim ſi præmoriatur inueſtitor,antequam feudum tenens,vel conditio,vel tempus exiſtat:non obligatur ſucceſſor illius.& hoc probatur per legem Lotharij[g] de præcarijs. & hoc intelligendum eſt in vaſallis,qui feudi ſucceſſionem non habent.

f Habita inueſtitura.ſ.quod hæredes inueſtitoris tenētur pręmortuo inueſtitore antequam tenens feudum,vel conditio,vel tempus exiſtat:vel niſi fuerit.

g SPer legem Lotharij.quæ eſt in Lombar.ti.qn̄ licet rectoribus.l.ij.& ti.de præcarijs.

DE CONTENTIONE &c.

h I contētio fuerit.Per pares.Iſtud plenius notabiꝛ in ti.qd ſit inueſtitura.c.j.ſ.j.in diſtinctiōe,quę ibi fit. &.ī.ti.ſi de inue.inter dominum & vaſallum lis oria.

i Inopia.hic notādū eſt, q inopia pbationis emergente conuolādum eſt ad auxiliū, quod alias eſſet reſpuēdū:ſicut etiā no.in.C.de hære.& ma.l. quoniā. &.ff.de te.l.ſerui.& C.de rep.l. cōſenſu. Accur.

k Hoc ita.vt detur ſacramentum vaſallo. nam verū eſt qđ ei daꝛ,niſi ſit caſtaldus q poſſidet.tunc enim tātū ſuæ.i.dñi religioni ſtabiꝛ.alio qui nō,niſi forte veniꝛ caſtaldus q poſſidet:tūc eīn nō poſſidēti dño ſacramentū deferēꝛ:& hoc eſt quod dicit.nā maligānando &c.Py.melius tamē puto.ſ.qđ iſtud hoc ita referꝛ ad pxi.dictū:vt ita exponas.hoc ita vt. ſ.p ſacramētū.i.per iuſiurādū dñi poſſidētis cum xij.ſacramētalibus dirimaꝛ, niſi clientulus ſit caſtaldus &c.tunc eīn ſuæ.i.domini, religioni ſtatur ita,qđ ſolus iurabit, & nō habebit neceſſe iurare cum xij.ſacra.ſed alibi eſt ī tex.nō ſtabitur;& ſecūdū hoc nō debet eſſe in tex. verbum illud.i.domini:ſed debebit referri illud verbum ſuę,tantum ad clientulū,& nō ad dīm; ita dicas tantū ſuę.i. cliētuli religioni nō ſtabiꝛ,niſi habeat teſtes &c.et ſcđm hoc magis cōgruit literæ prior expoſitio.

l Clientulus.huic ſiſte eſt.C.de re.cr.et iureiu.l.in bonæ fidei.& merito nota q poſſeſſori deferꝛ iuſiur. tū poſſeſſionis fauore,tū quia reus eſt:nimirū(vt ſupra dictū eſt)maximū eſt poſſeſſiōis cōmodū:qm̄ melior eſt poſſidētis cōditio quā petentis:vt hic,&.ff.de ſal.inter.l.j.&.ff.de pi.l.ſi debitor.nā & actore nō pbāte,& ſi nihil pſtiterit reus obtinere debet:vt.C.de edē.l.q accuſare.et fauorabiliores ſūt rei quā actores:vt.ff.de re.iu.l.fauorabiliores.et prōptioresſumus ad abſoluēdū quā ad cōdēnādū.ff. de ac.& ob.l.Arria.

† Secundum Alua.& Ande Iſer. non debet hic eſſe tit.ſed.ſ.qui continuatur. ad ſuperio.& hoc ſatis patet per dictio nē ſimiliter, quę eſt dictio cōtinuatiua.

TITVLVS X.

DE CONTENTIONE NE INTER DOMINVM & fidelem de inueſtitura feudi.

Orta contentio inter dominum & fidelem de inueſtitura,decidi debet,uel per pares curiæ teſtimoniū perhibētes,uel per iuramentū poſſeſſoris iurantis cū duodecim ſacramentalibus. Bal.

SI contentio fuerit inter dominū & fidelem de inueſtitura feudi, per pares [h] curiæ dirimatur. Alij eīn teſtes et ſi idonei ſint admittendi non ſunt:inopia[i] tamen probationum dirimatur per religionem clientuli poſſeſſoris feudi,vel cum duodecim ſacramentalibus ſecundum quoſdam.Cæterū ſi dominus poſſideat, etiam per ſuum iuſiurandum cū duodecim ſacramentalibus dirimatur.hoc ita [k], niſi clientulus[l] ſit caſtaldus vel actor domini.Tunc enim tantùm ſuæ,id eſt, domini religioni ſtatur: niſi habeat teſtes pares idoneos.nam aliquādo malignādo[m] multa bona auferuntur domino hoc modo.& hoc colligitur per legem, quæ eſt in titulo de acquiſitione actorū regis in Lombarda. Idem dicendum eſt de guardia.

TITVLVS XI.

DE PIGNORI DATO FEVDO, QVID iuris ſit†.

m Malignādo.alīs malitiādo:& alias aliquādo multa bona.

DE PIGNORI DATO FEVDO &c.

Similiter

SImiliter. De pignore. hoc ītelligo locū habere, quando de pignore cōstabat: alioquī probatio incūbit dño, ꝙ sī ꝓbare nō poterit se pignori dedisse, restituere debet eū dño, vel ꝓbare ꝑ pares curtis vel breue testatū, qđ sibi de feudo dederit, postꝙ ꝑ pignus accepit: vt. ſ. ſi de cōtr. inue. feu. c. ſimiliter ſi aliqs. Huic obuiare videt. C. q pot. in pig. ha. l. ſi generaliter. authen. itē poſſeſſor. Rñ. illud locum habet qñ inficiabat rē fuiſſe illius: ſed hic bñ confitebat rē dñi fuiſſe: licet diceret: ſibi obligatā ꝑ pignore nō eſſe. Vel aliter dicimus: quia poteſt intelligi iſte. §. ſ. qñ dñs in probatiōe defecerit: & ſic datur defenſio vaſallo, nec ſufficit iuſiurādū niſi & teſtes adſint: alioquī crederet ſuo ſacramēto cum. xij. ſacramentalibus: vt ſ. proxi. §.

b Poſt annum. niſi ad certum tempus datū ſit: tūc enim nō poſſet auferri ante tēpus. illud aūt intelligas & de eo qđ datū eſt pro mercede alicuius rei: vt. ſ. de feudo guar. c. j. quī autē dicat caſtaldus, dic vt ibi not.

c DE CONtent. &c.
Quidam nō habēt hic aliquem titulum & male.

d SI contentio. alias inuenit in gloſ. vacat hoc capi. propter ſuperius. c. item illud, de feud. guar. & caſtal.

Partis appellatione dimidia continetur.

e De portione. i. de medietate. nā appellatiōe partis dimidia cōtinet: vt. ff. de vſufr. l. etiā. &. ff. de verb. ſig. l. nomen filiarum. §. portionis. vel intelligas de portiōe. i. ſiue de medietate, ſiue de aliqua parte intelligendo de maiori vel minori: vt. ſ. ſi de inueſt. §. cū autem quis dixerit.

f Alienaui. intelligo ſic. i. ſiue poſſideo per me, ſiue per aliū. nā qui meo nomine poſſidet, ipſe nō poſſidet: ſed ego ipſe poſſideo. ff. de acquire. poſſeſſ. l. quod meo nomine. Improprie ergo ponit alienaui. Vel forte ideo refertur ad vaſallū iuſiurandum, & ſi non poſſideat: quia feudi nō eſt cōtentio, ſed de feudi qualitate hæſitatio. i. vtrū fuerit paternū vel nō: vel ratione alterius partis, quā poſſidet. Iſtud intelligo. ſi enim nihil poſſideat de feudo: & nec dominus: vel forte dominus: aliud eſt.

TITVLVS XII.

DE CONTENTIONE INTER ME ET DOminum de portione feudi fratris mei defuncti[c].

Fratri ſuperſtiti defertur iuſiurandum, ſi partem habeat in feudo, de quo eſt cōtentio inter eum & dominum: ſed ſi nullam habet partem, datur domino. Bald.

SImiliter ſi quis voluerit dicere de pignore[a] ſibi dato ſe inueſtitum eſſe, nō credatur ſuo iuramēto, ſed teſtibus idoneis paribus domus, vel curiæ. Inſuper ſciendum eſt feudum guardiæ, & caſtaldię quacunꝙ hora vult, auferri poſſe à domino, ſcilicet poſt annum[b].

SI contentio[d] fuerit inter me & dominū de portione[e] feudi fratris mei defuncti, dicendo paternum eſſe, & ſic me debere ſuccedere: ille verò minimè, tanꝙ habuerim partē meā: ſiue poſſideo, ſiue alienaui[f], dabitur mihi iuſiurandū, ſcilicet patrē meū iure inueſtitū fuiſſe, licet non poſſideā portionē fratris mei. Si verò nullam partem habuero illius feudi: nec mihi nec dño dabit iuſiurandū, niſi ꝓpter ſupradictā rationē: dño non, vt ego propter hoc aliud meum fundū amittā. Si tamen vaſallus poterit probare paternū fuiſſe, ſiue poſſideat, ſiue non, obtinebit: alioquī niſi probet paternū fuiſſe, vel niſi poſſideat: dominus obtinebit.

g SI clientulus[a]. Vlterius. ergo ꝓ parte licet, quod inſolidū non liceret: vt. ff. de cōtrahen. em p. & vē. l. ſi quis donationis. & de offi. eius cui mā. eſt iur. l. j. & de in ius voc. l. ſed ſi hac. §. qui manumittit. & C. de condi. & de. l. cū ita, ſimilia ſtudioſus inquirat.

h De libello. ſic ergo videt, ꝙ alias nō ſit alienatio permiſſa præterꝙ libelli conceſsio. nā cum de pluribus vnum cōcedit, ſequens intellectus parens eſt, ꝙ de alijs remouet: ſicut ecōtra: vt. ff. de conditio. & demonſt. l. cum ita. & de iudi. l. cum prætor. Sed cum alienationis appellatione pignoris obligatio cōtinetur: nunquid pignori obligare poterit? Et videt ꝙ nō: vt. C. de re. alie. non alie. l. ſi. nimirum cui non in genere licet, nec in ſpecie licebit. ff. nau. caup. ſtab. l. j. in prī. & de ope. pu. l. iñ. & de rei vend. l. officium. & inſtit. de aut. tut. et inſt. quod cū eo. §. fina. videtur etiam iſtud cōfirmari per le. Friderichi, imperialē &c. quicquid tamē dixerim, obtinet. & verum eſt, quod vſque ad medietatem valet pignoris obligatio, ſicut & olim poterat: vt. ſ. quibus modis feud. amit. §. rurſus. nec obſtat conſtitutio: quia loquitur de fraudulenta alienatione: vel quando totum alienare volebat vel pignorare. eodem caſu loquitur. C. de reb. ali. non alie. l. vlti. nam vt dicimus, licitum eſt pro parte, quod in totum non licet: ſed huic quomodo reſpondebimus? qđ dictum eſt alienare, intelligas de libello, ſubaudi & pignore: & ita videtur Py. ſibiꝑſi cōtradicere: cum alias in ſumma contrariū notatur in rubricella illa, quid hodie obtin. de feu. alias. §. ſed an hodie &c. ſed de hac materia dic vt ibidem notaui.

Alienationis appellatione pignoratio continetur.

† Facit ad hoc. C. de fi. patri. l. ij. quibus lib. xj. & Bal. ea. l. ver. cōſuetudo. q feu. dare poſ. in vſi. feud.

Derogatū eſt. ego non puto, quod debeat eſſe in text. ſed potius in glo. & dices verum eſſe ſilicet, ꝙ ei derogatum erit per. d. l. Lothar. quæ eſt. j. de prohib. feud. alie. per Lothar. imperialis beneuolentiæ. imo dices, quod ſimiliter derogatum ſit ei per. l. Fride. imperialem.

TITVLVS XIII.

DE ALIENATIONE FEVDI.

Vaſallus hoc iure poteſt etiam ſine uoluntate domini feudum alienare ad libellū uſque ad me dietatem: & non in plus: & non per alium contractum, & non eccleſijs in perpetuum: ſed priuato ſic: & tunc reſoluto iure datoris reſolutur ius acceptoris, ſed uoluntate domini facta alienatio uel proximo agnato, manet ſtabilis omni tempore. In feudo autem marchiæ & comitatus non eſt ſucceſsio. Bal.

SI clientulus voluerit partē ſuā feudi alienare †, id eſt medium, ſine dñi volūtate, poterit hoc facere: vlterius[g] progredi nō poteſt, ſecundū iuſtū & verū vſum: alioquī & feudū amittit: & non valebit, qđ factum eſt. Quod dictū eſt alienare, intelligas de libello[h]. Huic conſuetudini derogatum eſt[i] per legem Lotharij. Mediolanenſes verò irrationabiliter conſiderantes dicunt clientulū etiā alienare poſſe in totū, & ſine dñi voluntate. Inde[k] poteſt præſumi, ſi clientulus fecerit libellum in perpetuū de feudo ſuo alicui eccleſię, nō valet: ideo ſcilicet, quia nunꝙ reuerſurum ſit ad dñm: cū eccleſia non deſinat eſſe hæres. quod obſeruandum eſt, & in priuato ex natura perpetui libelli. Sed diuerſum obſeruatur in eccleſia, cꝫ in priuato[l].

k Inde. quæritur vnde procedat illud inde? Reſpon. quia dictum eſt ſolam alienationem quæ fit in cōceſsione libelli, permiſſam eſſe: inde præſumi poteſt &c. per hoc datur intelligi, quod nulli ſit permiſſa alienatio prętер iſtam, ſcilicet per libellum cum alicui conceditur: nec contradicit, quod de pignoris obligatione dicitur: quoniā licet pignoris obligatio continea tur alienationis appellatione, non tamē eſt alienatio. nimirum pignus in bonis debitoris permanet. ideoꝙ ipſi perire in dubium non venit: vt. C. de pign. act. l. pignus.

l In priuato. eſt ergo deterioris conditionis eccleſia, quam priuatus. cum eccleſia in perpetuum per libellum habere rem non poſsit, ſed priuatus valet. alibi cōtra: vt no. C. de ſac. ſan. eccle. l. vt inter diuinum. Accur.

Eccleſia

Ecclesia[a] enim cultrix & auctrix iustitiæ nō patitur contra iustitiā aliquid fieri in se, vel in alterū: priuatus verò sæpe obuiat iustitiæ. Et si clietulus fecerit libellū, vel aliud de medietate feudi sine dn̄i volūtate: eo mortuo sine legitimo hærede masculo (quod verbū ita intelligendū est in feudo, id est siue filio masculo[b]) reuertitur feudū ad dn̄m[c]. Si verò cū dn̄i voluntate totum vel mediū alienauerit, stabilis permaneat alienatio: fratri verò vel nepoti pel libellum facta[d] alienatio, etiā sine volūtate dn̄i. Itē in feudo comitatus, vel marchiæ, vel aliarū dignitatū nō est successio secūdum rationabilem vsum: sed hodie est vsurpatum[d].

TITVLVS XIIII.

DE FEVDO MARCHIAE, VEL DVCAtus, vel comitatus[f].

In feudis dignitatum non succedit hæres, nisi sit inuestitus. Item in alijs feudis succedunt filij & nepotes, & filijs uel nepotibus defunctis sine descendentibus succedunt eis fratres & nepotes: quinimo & consobrini. Bal.

De marchia, vel ducatu, vel comitatu, vel aliqua regali dignitate si quis inuestitus fuerit per beneficiū ab imperatore[g]: ille tantum debet habere. hæres em̄ non succedit[h] vllo mō[i], nisi ab imperatore per inuestiturā acquisierit. Si capitanei†, vel valuasores maiores, vel minores inuestiti fuerint de beneficio: filij vel nepotes ex parte filiorū succedūt. Si verò vnus ex his filijs, vel nepotibus sine descēdētibus masculini sexus hæredibus mortuus fuerit: p̄dicti fratres, vel nepotes p inuestiturā pr̄is & aui[k] in bn̄ficiū succedūt. Et similiter ītelligendum est in cōsobrinis[l]. Si duo fratres[m] simul inuestiti fuerint de beneficio nouo, & nō de pr̄no: si vnus eorū sine descēdētibus masculini sexus mortuus fuerit, dn̄s succedit, nō frater: nisi pactū fuerit in inuestitura, q frater fratri succedat. Per pactū em̄ frater succedit, non dn̄s. Et qd̄ diximus de fratribus, vt vnus alij succedat per pactum: idem dicendum est de filiabus, si hoc pactum conciliet. & sic per pactum filiæ succedunt[n].

TITVLVS XV.

AN MARITVS SVCCEDAT VXOri in beneficio[o].

Maritus uxori non succedit in feudo etiam fœmineo, nisi specialiter sit inuestitus. filiæ etiā non succedunt matri in eodem feudo de rigore: nisi specialiter sit dictum, uel fuerint inuestitæ: sed de æquitate bene succedūt. Hoc obtinet in *capitaneis & maioribus ualuasoribus.* Bal.

a Ecclesia. cultrix. istud verbū satis notabile est. nam satis est omnibus prodesse velle, & neminem lædere: licet solui possit, si diues sit: vt in decretis causa. xiiij. q. v. deniq;. Accur.

Heredis appellatione cōtinetur tantū filius masculus.

b Sine filio masculo. in hoc. c. notare licet: quia hæredis appellatione contineť filius tm̄ masculus: sed alibi poniť p liberis: vt. ff. ad Treb. l. ex facto. §. vlti. & si vis scire q̄tū extēdatur nomen hæredis, decurre. in li. dispu. Py. char. vj. rubr. sed queriť, quatenus hæredis appellatio extendať &c. in qua diciť, q hæredis appellatio in ppetuū significat succedentes: vt ff. de ver. sig. l. hæredis. & ff. de iu. īmu. l. iiij & ff. de verbo. obli. l. stipulatio ista. cū alijs cōcordāt. ibi sequētibus: licet contraria titu. sequēs ibi dicat, q significat pximū hæredē duntaxat: vt. ff. de ver. si. l. sciēdū. & ff. de ope. lib. l. cum patronus. §. j. & ff. de minor. l. in causæ. §. j. cū alijs concor. ibi seq.

c Reuertitur feudū ad dominum. hic ergo dicitur, q vasallus licite possit vsq; ad medietatem feudi in libello dare sine pmissu dn̄i: qd̄ si fecerit. & sine filio masculo decesserit: tūc ad dn̄m feudum reuertitur. Sed opp. vas. licite fecit: ergo pœna non mereť. C. ad leg. Iul de adul. l. Gracchus. rn̄. hic punitur nō quia alienauit, sed quia sine masculo decessit: sicut de minore dicitur, q restituiť. nō quia fecit, sed quia sic fecit: vt. ff. de minor. xxv. anno. l. si ex cau. §. et nunc alias hic nō puniť: quia istud intelligitur de recto feudo, in quo fœminæ non succedūt. Sed instabis: nōne nepotes hic excludunť? Rn̄d. non: quoniā filiorū appellatione etiā nepotes continētur. nec enim dulciori vocabulo possunt nominari. ff. de ver. sig. l. liberorum. & in Lombar. de beneficio. l. fi. Accur.

Filiorum appellatione nepotes veniunt.

d Per libellū facta. subaudi etiā sine dn̄i volūtate, quasi nō videať alienatio. s. cū feudū erat pr̄nū. Itē & in alia alienatione ei facta. licet em̄ als ꝓhibeať alienatio feudi pr̄ni: inter agnatos tn̄ cōcediť: vt. j. de ali. feu. paterni. c. j. ar. j. p quos fi. inuest. & p quos reci. §. sed & res. & ff. de leg. iij. l. pater. §. quindecim. Vel etiā dicas, q hoc referť ad pximū dictū: & ita cōtinuabis: stabilis permaneat alienatio fratri vero vel nepoti &c. dum tn̄ sit facta fratri vel nepoti. & ita secūdū hoc nihil videť operari cōsensus siue volūtas dn̄i: qa tūc si eius volūtate esset facta, qualitercūq;, valeret, & nō posset irritari scd̄m quod vidētur velle cōstitutiōes Lotha. & Frid. vel etiā dicas, q nihil subaudiť: & ita continua cū sequēti litera: fratri vero vel nepoti. i. alienatio libelli facta in feudo comitatus vel marchiæ &c. scd̄m hoc dices, q nō debet esse. §. Prior tn̄ expositio verior esse videtur.

Consuetudines malæ tractu temporis nō confirmātur.

e Vsurpatum. in feudo ergo nō est seruandū: nimirū quia male inuenta & prauæ cōsuetudines tractu temporis nō confirmantur: vt in auth. vt nulli. iudi. §. nulli. col. ix. licet cōtrariū dicatur. j. de cog. feu. in princi.

f DE FEVDO MARCHIAE VEL DVC. &c. Alias est titulus talis, qualiter vsus beneficij sit retinēdus: de quo non vtimur in nostro apparatu.

cum quis habeat voluntatem delinquendi &c. Itē adhuc excusatur [a] vasallus, si gratia sui iuris cōseruandi in aliquā prædictarum causarū inducatur: vt arg.ff.de bo. lib.l.si quis.&.ff. de iureiu.l.si quis.nā & si iusta ignorantia ductus in seruitutem dominū suum petierit & obtinuerit : & postea veritate reuelata liber apparuerit : & ita pro libero dimittat: ab ipso tamen nihilominus in feudum retinebit:vt ff.de bo.libe.l.in seruitutem.§.si petierit. adhuc īgratitudinē [b] egregiam vasallus cō mittit, si domini sui vxorem adulteran dam conatus fuerit tradere:quia propter hoc vxor à marito diuertit:vt.C.de repu. auth.sed nouo iure.

a Istam partem & præcedētem sequuntur Aluar. & præpo.

b Hoc verū si vltra collo quiū perue tum est ad aliquem actū inhonestum secundū An. Alua.& præpo.

a Ex omni causa. sicut non sufficit oīs occasio ad feudum amittendum,per quā fidelis accepti bnficiū ingratus videatur:vt not.ē.eo.circa prin.

b Retinet. s. illud quod non alienauit: quoniam aliud quod alienauit , amittit. j. de vasal. qui contra constit.Lotha.si autē totū alienaret , totū amitteret, & quia dominū contemnere videtur, ad eū redibit: vt.j.eo.§.proxi.in fi.

c Ratione.id est,naturali equitate. vel dicas ratione.s.iure Romano , sicut dicit de donatario , qui propter ingratitudinem amittit donationem. & à donatore reuocatur:vt.C.de reuo.dona.l.j.sicut etiam dicitur de liberto , qui propter ingratitudinem reuocatur à dño in seruitutē : vt.C.de lib.& eorum lib.l.ij.

Ingratitudine amittit qs feudum: & redit in seruitutem.

d Ad proximos. intellexerūt quidam s.quando feudum nō erat paternum, quod nō puto verū [c],quare

c Ista est vera & communis secundū Alua.

dispensans , prouideat si quæ fuerit antiquioribus causis similis seu maior : vt proinde sciat,vtrum beneficium sit amittendum , an nihilominus retinendū.Illud enim est certum,quòd non ex omni causa [a],ex qua opinio vasalli grauatur , beneficium amittitur. Nam & sæpe deierat,& beneficium niholominus retinet: vtputa qui beneficij portionē alienat absque domini scientia, beneficium quidem retinet [b], sed fidem promissam seruare non videtur.

Vbicūque dominus principaliter offenditur per reatum uasalli,ibi ad dominum feudum reuertitur:ut hanc habeat saltem suæ iniuriæ ultionem.Bald.

Denique sæpe quæsitū est, vasallo propter iustam culpam à feudo cadente , vtrum ad dominum,an ad successorem vasalli beneficium pertineat:sed hęc distinctio tam ratione [c] ,quàm moribus cōprobata est, vt si quidē vasallus ita in dominū peccauerit , vt feudum amittere debeat:non ad proximos [d] ,sed ad dominum beneficium reuertatur: vt hanc saltem habeat suæ iniuriæ vltionem [e]. Si verò nō in dominum , sed aliàs grauiter deliquerit,vel graue quid commiserit,sicut ille, qui fratrem suum [f] interfecit: vel aliud graue crimē (quod parricidij appellatione continetur)cōmiserit,feudum amittit:& non ad dominū,sed ad proximos [g] pertinet: si tamē beneficium fuerit paternum. sic enim sæpe pronuntiatum scio.Si vasallus contra constitutionem bonæ memorię Lotharij imperatoris beneficiū alienauerit:quia dominū con

Et ita habes hic.q; delictum alterius alteri nocet. sic.j. prædict. tit.&.c.quod contingit propter enormitatē criminis. sicut & alias:vt.C.ad le.Iul.maiesta.l.quisquis. & de bo.proscrip.l.pe. &.ff.de rit nup.l.lege Iulia.alias nō debet alterius delictum alteri nocere [d]:vt not.in prædic.ti.si vasal.feu.pri.cui deferatur.

d De hoc vide per Dyn. in. c. non debet. extra de regu.iur.lib. vj. Itē vi. hic xviij. conclusiōes quas ponit hic do. Alua. superi tellectum istius gl.& incipiut / dictæ conclusio. in quarta colo. post med. in verb. quæro P intellectu. istius glo.

temnere videtur, ad dominū beneficiū pertineat. scriptū [h] est enim , vt pretio se caritu rum agnoscat [i].

TITVLVS XXV.

SI DE FEVDO VASALLVS ALIQVO interpellatus fuerit,& dominus eum defendere noluerit.

Dominus uasallo cum extraneo litem habenti de feudo,de euictione tenetur,si monitus eum non defenderit.Bald.

Negotiū tale est, Quidam vasallus à domino tenebat feudū, de quo ab aliquo interpellatus fuit:& sic vasallus dominum vocauit , vt eum defenderet. domino renuente ad iudicem venire , vasallus amisit causam per sententiam.nunc verò vasallus cambium feudi à domino petit: ad quem dominus respondens ait illum nunquam ab eo feudum tenuisse,nec ab eo inuestituram accepisse. contra quem vasallus dicit se hoc feudum ab eo tenuisse , & inuestituram recepisse, & ab eo petiuisse, vt eum in iudicio defenderet , nec tunc temporis inficiebatur illius esse:quod idoneis totum testibus probat vasallus. Respon. Super negotio isto, quod literis insinuasti nobis, tale est sapientum nostræ ciuitatis consilium , videlicet Oberti de Orto, & Gerardi Capagisti : vt si vasallus cum de feudo interpellabatur, auctorem suum,id est, dominū, vt eum defenderet,vocauit [k], & hoc probare posset:si in eo iudicio vasallus [l] fuerit victus de re aliena inuestitum fuisse: vt dominus vasallo eiusdem æstimationis, quod erat tem

e Vltionem. sicut & alias dicitur:q; virgo Deo dicata habet solatium de rebus raptoris, q eam rapuit: vt.C.de episc.& cler. l. raptores. sicut etiā redditur dos patri loco solatij filiæ in matrimonio defunctæ, ne damnum pecuniæ sentiat & filiæ amissæ : vt.ff.de iure do.l. iure succursum est.

f Qui fratrē suū. intelligas etiam si tradendo interfecit : vt totam habeat hæreditatem.nam & licet in curia amplius stare non potest,ad dominū non reuertitur:vt j.tit.an ille qui interfecit fratrē dñi sui,feudum amittat. cap. si quis interfecerit.Qđ autem dicitur in fine: si contra constitutionem bonæ memoriæ &c. determinabitur j.de vasal. qui contra constitut.Lotha.feu. amit.c.j.

g Ad proximos. & non ad filium vasalli. vt.j.si vasal.feu. pri.cui.defer.c.j.

h Scriptum. totū, si totū alienauerit: si autem tātum partem alienauerit , tunc illa tantum redibit ad dominum. Accur.

i Agnoscat. vt.j. de prohi. feud. alien. per Lotharium.l.prima.circa.fin.

SI DE FEVdo vasallus ab aliquo interpellatus fue. &c.

k Negotiū. vocauit. cæterum si non vocauit , vt eum defenderet,nullum regressum habet [e] : vt.ff.de euic.l.si fundo.§.vlt.

l Vasallus. quod dicitur dominum teneri,intelligo secundū distinctionē quæ fit.ē.de iuuesti.rei.alica p.j.Item hoc intelligo [f], quādo denuntiatum est domino vel eius procuratori,

e Hoc verū nisi ipsa denūtiatio fuisset remissa p pactum. vt leg. Herennius.ff. de euictio.secundum Alua.

f Istam limitationem sequuntur hic Alua. & præpo.

maxime domino sciente.Item & quando non per iudicis iniuriam siue per imprudentiam iudicis sententia lata est. Item & quando non ex compromisso sententia lata est. Item & quando contra præsentem pronuntiatum est. sed & si non denuntiauit:quia dñs vbi esset,scire nō potuit:nihilominus recte aget:&

aget: & veniet etiam in actione meliorationis ratio: & hæc omnia his legibus colligũtur: vt.ff.de euic.l.si per imprudentiã, &.l.si fundo.&.l.si ideo.&.l.si dictum.§.j,&.§.si præsentem.& C.de euic.l.emptor fundi.&.l.si cõtrouersia.& in sum.si res eui cta sit culpa sua,dominus non tenetur:vt.ff.de euic.l.si dictũ.§. si cum posset. Accur.

a In feudum dandos.id est,in terram, siue aliquam rem immobilem, quam teneat ab eo in feudũ, sicut priorem tenebat. alias enim aliter intellegeretur, id est, quod deberet tenere nummos in feudum, hoc stare non posset, quoniam feudum,siue beneficium non potest consistere, nisi in rebus soli,aut solo cohærentibus:aut in ijs,quæ inter immobilia computantur, veluti cũ de camera, aut de cauena datur feudum: vt.ş.de feu. cog.c.sciendum. Sed si quis[a] simplex contra cõsuetudinem pecuniã in feudum dedit, pro cuius datiõe fidelitatẽ quoq; recepit,quid erit? nunqd amittet pecuniã? & qui iurauerit fidelitatem abibit iuramento solutus, ita quod vasallus non erit?

a Hanc.q. glo.non soluit: sed vide hic p do.An. de iser. qui hoc late declarat.

b Publice confectum. & à duobus vel à tribus paribus confirmatũ,si de noua inuestitura agat: vt.ş.quid sit inuesti. c.si enim.sed secundũ Mediolanenses sufficit,si etiam ab extraneis sit cõfirmatum: vt.j.qui testes sunt necessa. ad proban. nouam inuestitu.c.si clericus.

c Per pares.hoc intelligo secundum distinctionẽ prædictã: scilicet si agatur de noua inuestitura, an de veteri.

d Subire cogetur[b]. Sed cur debet dominus cogi iurare,cum etiam si nihil prẽstiterit. debet obtinere:vt.C.de eden. l. qui accusare. Item nunquid hoc est intelligẽdum in casu proposito,scilicet quãdo dominus ante sententiam nõ inficiabatur feudum esse,& à se detineri: an vtroq; casu intelligis dominum debere iurare? Respõ.ad cautelã domino defertur in primo casu:scilicet quãdo nõ inficiabatur: sicut alibi studiosus inueniet. Py.et hoc forte ideo,quia prẽsumptio erat pro vasallo: scilicet quãdo dominus nõ erat inficiatus illud feudum:scilicet quãdo fuit denũtiatũ ei:alias enim absolueret nullo etiã dato sacramẽto.et sic intelligas hoc,et si tũc nõ cõfitebat,nõ tamẽ diffitebat: alioqui cõtra propriã scripturã audit. Audiret enim cõtra propriã scripturã,si deferret sibi iuramẽtũ, eo casu qñ ab initio,cũ fuit ei facta denũtiatio,cõfessus fuit feudum esse,& à se detineri, qd esse non debet, vt quis contra propriã scripturam & cõfessionem audiatur:vt.C.de non nu.pecu.l.generaliter. Accur.

b Totam istã glo.sequũtur scrib.hic.

Auditur quis quandoq; cõtra propriam scripturam.

pore rei iudicatæ feudum restituat,vel nummos in feudũ dandos[a] numeret: et hoc cùm certum est vasallum de feudo victum fore. Sed si dominus neget hoc feudum nunquam ab eo tenuisse,nec ab eo domino ipsum vasallum, vel eius antecessores vnquã inuestituram accepisse: & hoc vel per instrumentum publicè confectum[b], vel per pares[c] curtis vasallus poterit ꝓbare:dominus ad restitutionem feudi tenebit.alioqui dominus sacramentũ subire cogetur[d],istum qui est in causa,vel eius antecessores à se,vel à suis antecessoribus nunquã hoc feudum tenuisse,vel inuestiturã accepisse: quo facto dominus absoluendus erit.

TITVLVS XXVI.

SI DE FEVDO DEFVNCTI CONtentio sit inter dominum & agnatos vasalli.

Si contẽtio est inter dominum & agnatos defuncti,agnati interim ante litem finitam constituendi sunt in possessione:utroq; autem in probatione deficiente, agnato defertur iusiurandum. Bald.

SI de feudo defuncti militis sit cõtentio inter dominũ & agnatos defuncti,domino nouũ feudũ agnatis verò paternũ esse contendentibus: agnati in possessione feudi de quo quæritur, cõstituendi sunt. Eo facto,super principali quæstione cognoscendũ est.vtroq; autẽ deficiẽte in probatione,electio iurisiurandi[c] agnatis danda est.

Si contentio est inter filiam & agnatum de beneficio, filia interim debet esse in possessione:utroq; autem deficiente in probatione, agnatus defertur iusiurandum. Bald.

Inter filiã defuncti & agnatos eius de quodam prædio mota est quæstio, agnatis feudum,filia verò allodium siue libellarium esse asserentibus. super possessione, apud quẽ manere debeat, quærebatur? Responsum est, apud filiam possessionẽ interim[f] esse collocandam:deficientibus verò hincinde probationibus, per iusiurãdum causa cognita res decidetur, electione danda agnatis. Defuncto milite,inter dominum & filiam illius super quodam feudo quærebatur:domino feudũ, filia allodium siue libellariũ esse allegante? Respondi, filiam in possessione feudi manere debere, donec de eo iudicetur. ꝓbatione verò hincinde cessante,electio iurisiurandi filiæ danda est[g].

Inuestitura sumit effectum cùm feudum sibi, uel hæredi suo fuerit apertum. sed inuestitura facta à prælato eodem modo non capit effectũ, nisi sibi aperiatur: & in tali inuestitura nõ exigitur consensus eius de cuius feudo procedit. Baldus.

Moribus[h] receptum est dominum de feudo militis sui, quod post mortem ipsius ad dominũ reuerti sperabatur, in alium militem inuestiturã facere posse: quæ inuestitura tunc demum capiet effectum,

c Istam approbant Bal. Aluar.& Prẽpo.

d Istud dictũ sequitur Præpo.hic.

e Istud dictũ gl. reprobatur ꝑ Prẽpo. hic.

f Ista est vera si de seruitute prouocatur in libertatem: secus si econuerso secundum Bal. Aluar.& Præpo.

g Istam approbant cõmuniter omnes scribẽtes huc.

Pactum de futura feudi successiõe an valeat.

agnatis electio:licet ibi dicatur,quod datur filiæ: ergo vel erũt contraria,vel rationem diuersitatis assignabis? Respõ.si ea quæ dicta sunt superius,diligenter attendas:à superioribus nõ discrepabit.referas autem ad distinctionem supradictam.

SI DE FEVDO DEFVNCTI CONTENTIO &c.

e Si de feudo.Iurisiurãdi. Videtur mirũ, quod hic dicitur agnatos posse reuocare iurando, cũ quodam modo anceps periurium subire cogi videant? Resp. quod nõ cogũtur[e], sed volentes admittunt: vt.ff.de dam.infec.l.q bona. &.ff.de in lit.iur.l.videamus. præterea[d] hoc intelligo secũdũ distinctionẽ quæ fit j.de consue. rec.feu.c. sacramentum nõ sem per &c. Item[e] quod dicit agnatos in pos. feu. cõstituendos, est simile quod dicitur de interdicto, quorum bonorũ: vt.C. quorum bo.l.fi. Sed quid si status moueatur quẽstio: nunquid interim possideat vasallus vel dominus? Respon. videt quod dominus[f]: vt. C. de Car.edic.l.j. &. ff.de Carbo.edic.l.Carbonianum.§.penult. & C.de ord.cog.l.ñ.licet in edicto diui Adriani videatur contra: vt.C.de edic.diui Adria.tol.l.ñ.

f Interim. hic dicitur, quod interim filia possidere debet, istud merito accidit[g], quia iam facile fundata erat intentio eius: vt.C.de proba. l.siue. Sed quid est quod dicit vtroq; in probatione deficiente,scilicet quod agnatis defertur sacramentum:cum actore non probante, & si nihil præstiterit reus obtinere debet: vt. C.de eden.l. qui accusare? Respon. illud est intelligendum secundum distinctionem Py.actore non probante &c.sicut distinguitur.j. de consue. rec. feu. c. sacramentum. huic. c. præbet adminiculum quod legitur.C.de iureiur. in bonæ fidei. huic cap.obuiare videtur, quod legit in proxi. notabili seq.nam hic dicitur, quod datur

g Danda est.occurrit contradictio supradicto proxi. ca. Sol. hic pro filia faciebat præsumptio,ibi pro agnatis. Accursius.

h Moribus.hic videt quod pactũ de futura successione feudi valeat et teneat,& sine cõsensu illius,de cuius hereditate quærit, vt alibi tenet vẽditio:vt.ff.de act.emp.et vẽd.l.si quis alienã.& de hære.vel actio.vẽdi.l.ñ.§.iñ.& arg.C.de pac.l.j.Arg.cõtra. C.de pact.l.vlt.&.ff.de acq.here.l.q supstitis.et.C.de inut.stip. l.ex eo.et.C.de coll.l.pactũ quod dotali. Sed ad hoc vt valeat, potentissimũ est arg.C.de dona.l.iñ.De hac materia satis tracta tum est.ş.tit.qui suc.tene.c.si vero archiepiscopus.& de feu.da.

in vicem legis commiſ.c.ſi quis inueſtierit &c. Accurſius.

a Iſtud dictū glos. ſequuntur communiter ſcrib. hic.

a Scientia.quod dicit de ſcientia,intelligo[a] ſic,vt craſſa & ſupina ignorantia nō ſit excuſata:vt.ſ.no.eſt,& legitur.ff.de iur. & fac.igno.l.nec ſupina.&.l.regula.& quod poſtea dicit expoliabitur,intelligo[b] pro ea parte,quam inficiatus eſt: vt dicit de

b Idem Alua.& prepo.

alienatiōe feudi. j.de vaſal.qui con.conſti. Lotha. bene. ali. c.j. nec enim debet vltra ꝓcedere metus, quā reperiatur delictum: vt.C.de pœnis.l.ſancimus. &.ff.de vulg. & pu. ſub.l.ex facto. §.Iulianus.et not.hic de pœna inficiatiōis: quę quanꝯ varia ſit, in fine libelli diſput. ſatis poteſt à diligenti competenter indagari.

cùm feudum domino, aut hæredi ſuo fuerit apertū. Secus eſt in eccleſiaſticis perſonis.nā ſi eccleſiaſtica perſona talem faciat inueſtituram:non aliter valebit, niſi ſibi, non etiā ſucceſſori ſuo feudum aperiatur: & in tali inueſtitura conſenſus eius,de cuius feudo ſit,exquiri non oportet.

Si uaſallus domino inficietur feudum,uel feudi partem,aut eius conditionē:cōuictus poſtea de mendacio,perdit feudum, & eius conditionem. Baldus.

Vaſſallus ſi feudum,vel feudi partem,aut feudi conditionem ex certa ſcientia[a] inficiatur,et inde cōuictus fuerit eō, quōd abnegauit feudū eius, vel conditionem, expoliabitur. Alius autē vaſallus, quāuis hoc ſciens non patefaciat, feudum tamen retinet: aut ſi aliam rem domini celauerit[b] vaſallus, feudum tamen non amittit.

Qui per triginta annos rem alicuius, tanquā in feudum poſſedit, & pro ea ſeruitium præſtitit domino,præſcribit in feudum. Bald.

Si quis per triginta annos[c] rem aliquam, vt feudum poſſedit, & ſeruitiū domino exhibuerit: quanuis de ea re nō ſit inueſtitus, prę̄ſcriptione tamen triginta annorum ſe tueri poteſt. Qui clericus efficitur,aut votum religionis aſſumit: hocipſo feudum amittit[d]. Et ſi vaſſallus[e] omni anno domino ſe non repræſentat: feudum tamen non amittit. Omnes filij eius[f], qui feudum acquiſierit, fidelitatē facere debent: maximè ſi indiuiſum habent. quōd ſi feudum ex diuiſione ad vnum tantùm peruenerit: ille tantùm faciet fidelitatem. Adoptiuus filius in feudum non ſuccedit[g]. Mulier habens feudum,relictis filijs ex duobus matrimonijs deceſsit: inter quos feudi quæſtio aliarumꝯ rerum maternarum vertebatur, obtinuit filios prioris matrimonij, tam in feudo, quàm in cæteris potiores eſſe[h]. Naturales filij, licet poſtea fiant legitimi[i], ad ſucceſsionem feudi nec ſoli, nec cum alijs admit-

l. Arrianus. Item quia iſti hæredes nō eſſent cōtrariū poſtulaturi eius,quod petunt:ergo nō ſunt audiendi: vt.ff.de dam.infec.l.qui bona.§.ſi quis.&.C.de ſolu.l.pe. Item quia obligatio non debet mutari ex perſona ſucceſſorū: vt.ff.de verb.obl.l.ij. §.ex his. & de præto.ſtip.l.ij.§.j.& de dam.infec.l.damni. §.ſi quis. & de diuer. & tempo. præſcrip.l.cū hæres. Item quia ſpecialis eſt obligatio, nō debet in alios extendi. ar. ff. de actio. emp.& vēd.l.qui ab eo. Item quia cū vno contraxit,non debet in plures aduerſarios diſtingui: vt. ff. de exer.act.l.j.§.vlt.et.l. ij. Ex his itaque patet, quod vni iurando,liberatur:vt.ff.de ijs, qui deie.vel effu. l.j.§.vlti.&.l.ij.Ecōtra prima ratio poteſt in caput vaſalli retorqueri: iurauit enim ſibi & ſuis hæredibus: & ſi nō fuerit dictū ſuis hęredibus, ſed ſibi:cū non fuerit additū ſibi tantū, & hæredibus iuraſſe intelligit:quia pactum nō fuit ꝓſonale: licet in eo perſona fuerit inſerta: ergo tranſit ad hæredes: vt.ff.de pact.l.iuriſgentiū. §. vtrū. &.l.tale pactū. & de pig.act.l.ſi neceſſarias.§.de venden do. & de proba. l.ſi pactū.ſi trāſit ad hæredes: ergo ad oēs: vt argu. ff. de ſerui. vrb.præ.l.ſi ſeruitus. ſecūdo reſpon.Itē illa ratio:quia obligatio non debet mutari ex perſona ſuc. pōt retorqueri in vaſallum:& illa,quia non eſſet poſtulaturus cōtrarium:& omnes aliæ.Solu.iurare debet omnibus:quia vaſallorum eſt ius indiuiduū,vel eſſe debet, ad inſtar libertorū, quorū eſt ius indiuiduū:vt.ff.de iure patro.l.Carmelia pia. & ea quæ indiuidua ſunt,debētur hæredibus inſolidum.vt.ff.de ſeruī.ru. præ.l.ſi vnus ex.& de condi.& demō.l.ſi cui fundus. nec enim incurritur infinitas,cum effectus ſit idem. tātum enim faciet omnibus hæredibus inſolidum, quātum faciebat ſoli defuncto. quare vni pro omnibus iurādo poterit liberari:vt arg.ff.de ijs, qui deie.vel effud.l.ij.à contrario ſenſu illius.l.vt ſit contrariorum eadem ratio:vel ſi grauari ſentit,relinquat feudū:ſecundū Py.ſed quicquid dicat Py.hoc tamē videtur expreſsim dictum in conſtitutione Friderichi,imperialem.§.præterea ducatus.ſci licet,vt nō teneatur fidelitatem facere vaſallus,niſi vni:dicēdo, quod pro vno feudo plures dominos habere non compellatur.

Indiuidua hæredibus inſolidum debentur.

c Tríginta annos.illud merito accidit: quia tanto tempore actio omnis tollitur:vt.C.de prę̄ſcrip. xxx.ann.l.omnis. & de præſcrip. lōg.tēp. l.malæ fidei. Sed nunquid iſtud locum habet ſiue bona, ſiue mala fide poſſederit? Item nunquid iſtud locum habet ſiue cum titulo, ſiue ſine titulo? Item ſi à poſſeſsione ceciderit,nunquid vendicare poterit:& ſi ad vendicationem admittatur: nunquid præfertur dominus vendicando:an ipſe? Reſpon.hæc omnia inuenies notata in.C. de præſcrip.xxx.anno.l.ſi quis emptionis.

Actio omnis xxx. anno. ſpatio tollitur.

d Amittit.hoc ideo accidit:quia ex quo incipit eſſe miles Dei, deſinit eſſe miles ſeculi,nec debet beneficiū pertinere ad eū, qui non debet gerere officium:vt.ſ.de eo qui ar.belli.depo. Sed nūquid per alium poteſt feudo ſeruire clericus? Reſpon.hæc quæſtio eſt ſcholaſtica: & ideo omiſimus eam: quia in brocardicis diſputatur à iuris prudentia.

e Et ſi vaſallus.iſtud plenius dicitur.j.eo.c.licet.

f Omnes filij eius.merito dicit omnes filios fidelitatem iurare:qa cū plures perſonę in locū vnius ꝓſonæ ſuccedāt, omnes ꝓ ſingulari perſona ſunt accipiēdi:vt.ff.de cōdi.& demon.l.cū fundus.&.C.de ſecun.nup.l.ſi qs.& intelligo qđ iſtud maxime expoſitiue ponat.nā ſi ꝓ diuiſo poſsiderent:is ſolus, q poſsidet vaſallus eſt cēſendus.huic cōſonat.ff.cōmoda.l.ij. §.hęres.&.ff. de vi & vi arma.l.ſi plures. Sed quęrit an vaſallus teneat iurare, & fidelitatē facere oībus hęredibus dñi:an ſufficiat,ſi paratus eſt iurare vni? quod ſufficiat vni iurare,videt ꝓbari poſſe: quia in principio,qñ recepit feudū,nō fuit expreſſum,qđ oībus iurare deberet.ergo nō eſt verbū ꝓgandū:quia à tenore verborū in cōtractu appoſitorū nō eſt recedēdum,niſi euidēter illud appareat:vt.ff.de leg.ij.l.nō aliter. Itē quia in hoc caſu poſſet deuenire ad infinitatē,& infinitas eſt euitanda:vt.ff.de dam.infec.l.qui bona.§.vlt.& de re iudi.l.à diuo Pio.§.ſed ſi emptor.&.l.j.§.ſi cui.ff.vt lega.no.cauea.& de lega.ij.l.fideicō. §.ſi quis decē. et de ver.ſig.l.boues.§.hoc ſermone.& de ver.ob.l.eū qui calēdis. Itē quia fauorabiliores ſunt rei,quā actores:vt.ff.de acti.et obli.

g Succedit.licet in quartā omnimodo patri adoptiuo ſuccedat:vt.C.de adop.l.ij.& inſtit.de adoptio.§.cum autem.&.ff. de adoptio.l.ſi arrogator.nec ſibi putet aliquam iniuriam fieri, cum patris naturalis omnia iura perſiſtant: vt.C.de adoptio.l. cum in adoptiuis.circa medium primæ columnæ.

h Cæteris potiores eſſe. Iſtud quod hic dicitur expreſsim legibus contradicit,& iniquitatem cōtinet maximam:vt.C.de legi.hære.l.vlt.&.C.ad ſenatuſconſul. Orficia.l.pe.vel forte hic loquitur de his filijs ſecundi matrimonij: quæ dicūtur.j.proxi. c.filij nati.

i Legitimi.hic notabis illud generale,quod ab initio non valet,nec ex poſtfacto conualeſcit, ſecundum quod plenius nota. in conſtitutione Friderichi,imperialem.circa fi.j.reſpō.ſic etiā dicūt & de clerico,qui beneficium amiſerit:nā licet poſtea deſinat eſſe clericus.non tamen feudum poſsidebit: vt.j.de feu.fœmi.§.ex

Inualidū ab initio,ex poſt facto nō conualeſcit.

mi.§.ex hoc illud.hoc autē quod de naturalibus dicit, ita intelligo: nisi fiant ita legitimi, vt in feudo succedāt: & hoc sit nomi natim dictum ab Imperatore: & sic ex rescripto licebit, qđ alias nō liceret: vt.C.de preci.impe.of.l.quoties.& ita accidit Mutinæ in causa cuiusdam Hugo.contra Passapontes: vt ferebatur.

a Si minori. sed de quo minore intelligendum est hic? Respon.[a] de impubere tantum: nam si fuerit pubes, per annum & diem differat, feudo priuatur: vt in constitutione Friderichi, imperialem. §. præterea &c. Istud autem fauore minoris dicitur: quia generaliter nulla est inuestitura facienda ei, qui fidelitatem recusat, vt. ŝ. per quos fiat inuestitura, et per quos reci. c. nulla.

a Istam glo. sequitur & tenet hic Alua.

tunt. Si minori[a] datū fuerit feudum: fidelitatem facere nō cogatur, donec venerit in maiorem ætatem, in qua doli capax sit: feudum tamē retinet.

Si filius impubes succesit uasallo: nō cogitur facere fidelitatem, nec seruitium personale potest præstare: tamē si aliàs pro eo sponte facit, admittitur. Bald.

Si quis decesserit filio impubere[b] relicto, fidelitatem, nec ipse, nec alius pro eo facere cogitur[c]. Idem de seruitio personali: alius tamen pro eo faciēs seruitium admittetur. Titius filios masculos non habēs, partem suam feudi Seio, partem eiusdem feudi possidenti agnato suo concessit. Sempronius ꝓximior agnatus mortuo demū Titio partē illius feudi nullo dato pretio recuperare potest. quòd si Titius filios ꝓprios haberet, pretio reddito etiam viuo Titio, quòd si consensit[d] alienationi, vel per annum[e], ex quo sciuit, tacuit: omnino remouebitur.

b Filio impubere. Iste casus valde notabilis est[b]; quia si filios habet alienator, quod etiam eo viuente reuocatur alienatio: sed si non habet, demum eo mortuo, quod quare contingat, is inquirat cui alia inquirenda relinquimus. Et no. quod qui alij consentit, sua iura perdit[c]: vt.ŝ.notatum est in pluribus locis. &.ŝ. quibus modis feudum amitta. §. prēterea. &.ŝ. si de inuestitu. inter domi. & vasal. lis oria. §. sin autē aliquis. alibi ad hoc, vt proximior agnatus succedat, alienatoris mors inspicitur: vt.ŝ.de suc.feu.c. ij.§.j. Sed qd est qđ dicitur.ŝ. quibus cau. feu. amitt. §. denicꝙ. in fin. scilicet quod si vasallus alienauerit feudum illicite, quia videtur dominum contemnere, ad ipsum omnimodo pertinebit: nunquid propter patris alienationem excluduntur filij? Item si excluduntur, cur ad agnatos potius, quam ad ipsos pertinet, maxime cum fuerit auitum & proauitum? Respō. determinabitur. j. titu. si vasal. feud. priue. cui dese. c. vasalli feudum &c.

b Istam glo. sequitur Bal. & Aluarot.

c Et hoc siue expresse siue tacite cōsentit, secundū Alua.

Si facta de feudo inuestitura pœniteat dominum, antequam possessionem trāsferat: an præstando interesse vasallo liberetur, quæsitum fuit? Responsum est prætermissa illa cōdemnatione dominum possessionem feudi[f], de quo inuestituram fecit, tradere[g] compellendum. Filij nati[h] ex ea vxore, cum qua matrimonium tali conditione contractum est, ne filij ex ea nati, patri ab intestato succedant: in feudo succedunt. Nā quauis ratione improbetur talis conditio, ex vsu tamen admittitur.

Ei, qui non uult aliquid consequi, sed ius quæsitum conseruare, nō imminet ius offerendi, nisi dies fuerit appositа. Bald.

Licet vasallus domino seruitium non offerat: quantocunqꝫ tempore steterit (dummodo domino petēti seruire paratus sit) beneficium non amittit, si tamen sciat ei magnum periculum[i] imminere: vltrò adiutorium suum ei debet præbere. Inde quæsitum est: si dominus in periurium incidat, quia dare non valeat, quod dare iurauerat: & vasallus eum liberare possit suam pecuniam dando, & nō facit: an beneficium amittat? & responsum est, non amittere[k].

c Et hoc siue expresse siue tacite cōsentit, secundū Alua.

d Idem Alu.

e Placet Bal. & Alua.

f De hoc vide p. do. Alu. hic in. ij. col. i versic. quero ū dicta glo.

d Consensit. siue tacite, siue expresse: vt not.ŝ. quibus mo. feu. amitta. c. prēterea.

e Per annum. remouebitur ergo iste ꝓximior agnatus à petitione illius partis feudi, quæ tanquā ꝓximiori debebat ad eū peruenire taciturnitate illius anni à tēpore scientiæ computandi: quod ideo forte contingit: quia ille erat de agnatis, ad quem feudum spectaret: nisi ipse præcederet in gradu vno forte, vel pluribus, nō curo. & hoc facit sciētia & anni trāscursio et agnatio illius qui possidet: quasi videatur cōsentire alienationi factæ agnato suo. secus forte esset, si extraneo alienasset: quoniam tunc nō noceret ei annalis transcursio: nisi forte esset tanta, per quam ius suum tolleretur: puta. xxx. anno: vt.C.de prēscrip. xxx. ann. l. sicut. & authen. malæ fidei. de hac annali præscriptione habes. ŝ. si de inuestitu. inter do. et vasal. lis oriatur. c. si autem aliquis.

f Dominum possessionem feudi. scilicet vacuā possessionem statim scilicet postquā fecit inuestituram & fidelitatem recepit, si per pactum non remisit fidelitatem: imo si differret eam tradere, omnem vtilitatem præstabit ei: vt.ŝ. de noua forma fideli. c. inuestitura. & intelligas, quod hic loquitur de ea inuestitura scilicet verbali, quę abusiuo modo dicitur, & non de ea quæ propriæ dicitur inuestitura, secundum quod de vtraqꝫ dicitur. ŝ. quid sit inuestitura. c. j. alias em̄ si de propria inuestitura loqueretur, nulla esset dubitatio. Ad quid em̄ teneret dominus tradere possessionem, cū iam tradita erat? & tunc nō esset mirum, si vasallus non cōpelleretur interesse recipere, si nollet. Sed quid si alium inuestiuit postea quam istum inuestiuerat, & ei possessionem tradidit antequam isti: nunquid tunc liberabitur soluendo interesse? & quare non? sicut si vendidisset duobus: vt tunc habeat locum si res vendita non traditur &c. vt. ff. de actio. empti. & venditi. l. j. Accursius.

g Tradere. sicut alias dicitur de donatore, qui omnino compellitur rem simpliciter inter viuos donatā tradere: nec temere poterit eam reuocare: vt instit. de dona. §. ij. aliud est secundum vnam sententiam in re vendita, à cuius traditione liberatur venditor præstando interesse: vt. ff. de actio. empt. & vendi. l. j. veruntamen super ea variatur.

h Filij nati. isti filij, qui lege Salica dicuntur nati siue proditi, in feudum nō succedunt: sed nec in ꝓprietate prioribus extantibus. si enim priores nō extarent, tunc in proprietate succederent, & non in feudo. prioribus vero fratribus sine filijs decedentibus succedunt: & dicitur tale matrimoniū Mediolani accipere vxorem ad morganaticā, alibi lege Salica: vt. j. de filijs natis de matrimo. ad morganaticam contracto. c. quidam habens filium. & de his forte filijs loquitur. ŝ. eod. l. mulier.

i Periculum. puta quia dominus obsidebat: vel alias ei mors imminebat. tūc enim vltro (vt dixi) debet ei suum adiutorium ꝓbere & sine nuntio, et cum potuerit: alias enim fundum perdit: vt. j. hic finitur lex. §. ad hoc.

k Non amittere. nō enim sufficit quælibet occasio, per quā fidelis accepti beneficij videatur ingratus ad feudū amittēdum:

vt.ſ.qui.cau.feu.amit.circa princip.ſicut nō amittitur ex omni cauſa,ex qua opinio vaſalli grauatur: vt.ſ.prædicto tit.§.illud enim certum eſt.

a Culpam committat.arg.contra huic.c.&.C.de decu.l.ij. §.pen.& de inter.& re.l.iij.& de in ius vo.l.adoptiuum. in fine.

b Reuocabūtur. notant hic quidam, niſi ſit feudū ab auo acquiſitū: quia filius propter delictum patris nō debet amittere feudū acquiſitum ab auo: vt argu.ff.de ſena.l.emācipatū.§.ſi quis.&.C.vnde lib.l. vlti. quod forte falſum puto: quia ſi nō debet amittere feudum ab auo acqſitū: ergo multo minus, ſi à proauo,vel etiam à ſuperioribus. vel etiā eadem æquitate ſiue rōne non debet amittere. quomodo enim poſſent eſſe iſti agnati, de qbus hic dicit, in quarto gradu,niſi ab auo: vel ꝓauo ad minus eſſet acqſitū? Dicas ergo, qd̄ nullo modo debeat admitti filius ad eius portionē, niſi ꝓ gratiam ſolam à dño acquirat: et agnati non extēt,quibus aperiatur:qui vſq; ad quartum gradum admittūtur: vt hic dicitur: imo vſq; in infinitū: vt.ĵ. ſi vaſal. feu. pri. cui defe. c.j. imo qd̄ plus eſt, puto, quod etiā agnati remouēātur à petitione illius: ſi talis ſit felonia, quę dominum*reſpiciat: vt dominus habeat hanc ſuæ iniuriæ vltionē: vt.ſ.quib.cau. feud. amit. §. denicꝙ. licet quidā forte intelligant illud habere locum in feudo nouo: ſecundum quod ibi no,

Filius non amittit feudū ab auo acquiſitum propter patris delictum.

* An quid ſi pater lęſę maieſt.crimē admiſit,an filius ob id ꝓdat legitimā? Vide Card. Zabar.in cle. paſtoral. in vij. q.de re. iud.

c In generali alienatione.qd̄ hic dicitur, expoſitū eſt.ĵ.de capi.qui cu.vē.c.quidā capitaneus. & quę ibi notant,hic ſimiliter notari poſſunt.

d Si vaſallus. huic accedit.ff.de euic.l.ij. §.vlti.&.ĵ.de contro uer.inter domi.& emphi.feu.c.dño cū emptore. & quæ ibi notaui,hic repetas.

e Sciens abnegauit. hoc ſatis expoſitū eſt.ĵ.de lege Corra.c.ſi fuerit inter dominum &c.

f Dum tamē militi detur. ſi tamen dās fuerit miles. ſufficit enim ſi ſibi æquali detur. Item nō debebit dari alia lege, niſi quā ipſe habet: vt.ĵ.de leg.Corra.§.ex eadem lege.præterea nō debebit pretiū accipere de eo ſub colore inueſtiturę eū vēdēdo: vt in cōſtitutione Friderichi.§.callidis.et hoc eſt etiā qd̄ hic dicit,nihil in fraudem legis fiat &c.in fraudē enim tunc intelligit facere, ſi vltra pretiū medietatis acciperet pro toto. & hoc ita à multis intelligitur. et accedit huic quod legit.ſ. qualiter olim poterat feudum alienari.circa princ.& q̄cunq; de hac materia notant.ĵ. de ca.Cor. c.j.etiam hic poſſent notari.

Si vaſallus culpam committit[a],propter quam feudum amittere debeat,neq; filius,neq; eius deſcendentes ad id feudum reuocabūtur[b]:ſed agnati,qui quarto gradu ſunt: dūmodo ad eos pertineat. In generali alienatione[c] vaſalli non continetur feudum, niſi nominatim dictum ſit.

Si vaſallus feudum ignorās alienauit, feudum non amittit,& ſibi reſtituendum eſt,non domino:tenebitur tamen ad intereſſe emptori ignoranti. Baldus.

Si vaſallus[d] feudum alienauit ignorans:non domino, ſed ipſi vaſallo feudum reſtituendum eſt: ad intereſſe verò emptori ignoranti condemnandus eſt vaſallus. Vaſallus feudum quod ſciēs abnegauit[e], amittit: ignoranti verò ſubuenitur. Quòd ſi dubitet: dubitanter reſpondere debet. Beneficium à vaſallo in feudū: ſi nihil in fraudem legis fiat, rectè dari poteſt:dum tamen militi detur[f].

Si vaſallus de beneficio ſuo[g] agat,vel cōueniatur:ſiue obtineat, ſiue non (licet ignorante domino fiat) omni tempore firmum erit illud iudicium. Nam & tranſigere rectè poterit: nec quod accepit tranſactionis nomine, feudum[h] erit.

Si dominus commiſit feloniam, per quam ſi eam committeret vaſallus in dominum,amitteret feudum:dominus etiam perdere debet feudi proprietatem. Bald.

Domino committente feloniam[i] (vt ita dicam) per quā vaſallus amitteret feudum, ſi eam committeret: quid obtinere debeat de conſuetudine, quæritur? & reſpōdetur proprietatē feudi ad vaſallū pertinere, ſiue peccauerit in vaſallum,ſiue in alium.Feudum ea lege datum, vt ipſe & hęredes ſui maſculi & fœminæ,& cui dederit,habeāt: ĩſdem culpis amittitur[k], qbus & aliud feudum. Quòd ſi vaſallus alienauit:feudū eſſe deſinit apud emptorem. Titius cum Sempronio[l] fratre ſuo feudum paternum poſſidente pactum fecit de eo feudo non petendo à Sēpronio hæredibus've ſuis. Sempronio ſine hærede maſculo defuncto, inter Titium & Seium fratrem ſuum de eo feudo quæſtio orta eſt: quid inde fieri debeat, quæritur? Reſponſum eſt, pactum non obſtare Titio.

g Si vaſallus de beneficio ſuo. iſtud c. determinat per id quod notatur.ĵ.de cō di. feu. inter vaſal. & alium.c.ſi cauſa inter vaſallum.

h Feudum. niſi ſit tale, quod per ſe eſſe non poteſt: vt.ſ.de inueſti.de re aliena. ca. rei.

i Domino committente feloniā. iſtud melius exponitur.ĵ.qualiter dñs à ꝓprie.pri.c.ex facto.

k Amittitur. licet enim non habeat ꝓpriam feudi naturā, iure tamen feudum cēſetur. poterit enim vendere & donare: vel aliter ſi ſibi placuit alienare etiā ſine domini voluntate.& hoc facit verbū illud & cui dederit &c. aliud tamen eſſet, ſi dixiſſet,& cui in feudū dederit:quoniā tunc haberet propriā feudi naturam: vt.ĵ.de feu.non habente propriā feudi naturā.c.ſi quis ea lege &c.

l Titius cū Sempronio. hoc ca. exponitur.ĵ.de eo, qui finem fecit agnato de feudo paterno.c.tres erant agnati. Accur.

TITVLVS XXVII.

DE PACE TENENDA, ET EIVS violatoribus.

Imperator adulatur omnibus ſuadens,quòd debeant ſeruare pacem:& ſtatuit pœnam contra non ſeruantes. Bald.

FRiderichus Dei gratia Romanus Imperator ſemper Auguſtus, epiſcopis, ducibus, comitibus, marchionibus, & omnibus,ad quos literæ iſtæ[m] peruenerint gratiam ſuam, & pacem, & dilectionem. Quoniā diuina præordinante clementia, ſolium regiæ maieſtatis conſcendimus:dignum eſt,vt cuius præcellimus munere, illi omnino pareamus in opere.Inde eſt, quòd nos tam diuinas,quàm humanas leges[n] in ſuo vigore manere cupientes,& eccleſias ſiue eccleſiaſticas perſonas ſublimare, & ab incurſu & inuaſione quorūlibet defenſare intendentes: quibuſcunq; perſonis ius ſuum conſeruare volumus: & pacem diu deſideratam, & antea toti terræ neceſſariam, per vniuerſas regni partes habendam regia autoritate indicimus. Qualiter autem eadem pax tenenda ſit & ſeruāda,in ſubſequentibus declarabitur euidenter. Si quis ho-

DE PACE TENENDA,& eius violatoribus.

m Literæ iſtæ. videtur ergo, quod voluerit imperator iſte condere legem cum dixerit: ad quos literæ iſtæ peruenerint: ſed dic tu ſuper hoc ſecundū qd̄ notat.ĵ. de pace iura. firman. hac edictali. §.iniuria ſeu furtum.

n Humanas leges.hoc nō ſeruauit imperator iſte in furto,ſcilicet

to,ſcilicet quod leges in eo remanerent in ſuo ſtatu cum dicat, quod pro furto valẽti,tãtum quinq; ſolidos,debet fur laqueo ſuſpendi: vt.j.eo.§.ſi quis quinq; ſolid.valens.& alias lex dicit, quod pro furto non debeat mori: ſed aliter caſtigari: vt.C.de fur.auth.ſed hodie p furto.

a Capitalem. eodem modo punitur miles, qui pacem perturbauit: vt. ff.de re milit.l.vlti. & ita habes hic. quod capite puniri debet ille, qui hominem occiderit intra pacem conſtitutũ.ſed alias per Henricum impetratorẽ dicit, quod manus ei debeat amputari: vt in Lombar.de ho.li. ho.1. qui vero intra treugam.Sed dic,qd hic conſtabat homicidium perpetratũ ab iſto, qui ita punitur: ibi vero non conſtabat, niſi per pugnã, in qua ſuccubuit.vnde nõ eſt mirũ, ſi mitius puniat: quoniã incerti ſumus de iudicio Dei: & multi per pugnã cauſam ſuam perdũt ſine iuſta cauſa: vt in Lõb.prædicto tit. vt recolimus:

†à lege iure beneficij reciant.

Duellũ quandoq; permittitur.

b Per duellum.Nota hic caſum, in quo pugna fit, ſcilicet qñ conſtabat eum feciſſe homicidium, de quo dicit hic.fit etiam pugna,quãdo non occidit,ſed vulnerauit tãtum:& de hoc cõſtabat,dicebat tamen illud feciſſe ſe defendẽdo: ſicut in ſuperiori caſu, &.j.eadem. l.§. ſi quis aliũ. ſi autem conſtaret de homicidio:ſed nõ, quod ille iſtud feciſſet,tũc poſſet illud per pugnam ꝓbari:ſiue poſt treugam factã, ſiue poſt pacẽ dicat eũ feciſſe homicidiũ illud: vt in Lomb.de ho. lib. ho.q vero intra treugam.Poteris ergo addere iſtos duos caſus, qui ſunt in.l.iſta, in quibus fit pugna alijs caſibus, qui notantur in Lomb. in ſumma Friderichi. Notabis etiam hic duos caſus. ſ. prædictos,in quibus ex neceſsitate cauſatiua cominem intra pacẽ conſtitutã occiderit,capitalẽ[a] ſubeat ſentẽtiam:niſi per duellum[b] hoc probare poſsit, quod vitam ſuam defendendo illum occidit. Si autem omnibus manifeſtum ſit,quod nõ neceſſario ſed voluntarie illũ occiderit: tũc neq; per duellũ,neq; quolibet alio modo excuſabit,qn capitali damnetur ſentẽtia. Si verò violator pacis à facie iudicis fugerit: res eius mobiles à iudice in populum publicẽtur,& diſpenſentur: hæredes aũt ſui hæreditatẽ, quam ipſe tenebat, recipiãt tali cõditione interpoſita,vt iureiurando ſpondeant,quod ille violator pacis nunq; decætero ipſorũ volũtate,aut cõſenſu aliquod emolumẽtum inde percipiat. Quod ſi hæredes neglecto poſtmodũ iuris rigore,hæreditatẽ ei dimiſerint,comes eãdem hæreditatẽ regiæ ditioni aſsignet:& à regio iure† beneficium ſuſcipiant. Si quis aliũ intra pacis edictũ vulneraverit:niſi quod in duello,et vitã ſuã defendendo [c] hoc fecerit, probauerit,manus ei amputetur:& ſicut ſuperius dictũ eſt, iudicetur: & iudex in cauſa ipſum & res eius ſecundum rigorem iuſtitiæ ſtrictius conſequat. Si quis aliquem ceperit,& abſq; ſanguinis effuſione fuſtibus percuſſerit, vel crines eius aut barbam expilauerit:decẽ libras ei, cui iniuria illata eſſe videt, per cõpoſitionẽ impẽdat: et iudici vigĩti libras perſoluat. Si verò temerarius abſq; pcuſsione eũ inuadat:eo,quod vulgò dicit ciſteros,et calida manu ac verberibus contumelijſq; malè tractauerit: quinq; libras pro tali exceſſu cõponat: & iudici pro tali exceſſu decem libras perſoluat. Quicunq; iudici ſuo pro exceſſu viginti libras inuadiauerit:prædiũ ſuũ pro pignore illi tradat, & intra quatuor ſeptimanas inuadiatam pecuniã perſoluat. Quod ſi intra quatuor ſeptimanas p dium ſuum ſoluere neglexerit: hæredes ſui ſi voluerint, hæreditatẽ recipiãt, & comiti intra ſex ſeptimanas viginti libras perſoluant. Si autem comes eandem hæreditatẽ regię poteſtati cõſignet: proclamatori etiam damnum reſtituat, & prędium à rege beneficiali iure obtineat.

Clericus,qui pacem uiolauit,uel pacis uiolatorem receptauit: ſi quidem comparet in iudicio,pœna pecuniaria punitur.Si uerò eſt mobediens, pœna maiori puniendus eſt.Bal.

Si clericus de pace violata pulſatus fuerit,id eſt, notatus & ꝓſcriptus fuerit: aut pacis violatorẽ in contubernio ſuo habuerit, et de ijs in pręſentia ſui epiſcopi ſufficiẽti teſtimonio cõuictus fuerit: comiti, in cuius comitatu idem clericus hoc perpetrauerit: viginti libras perſoluat:et de tanto exceſſu ſecũdum ſtatuta canonũ epiſcopo ſatisfaciat. Si autem idem clericus inobediẽs extiterit:non ſolùm officio & beneficio eccleſiaſtico priuetur: verùm etiam tãquam proſcriptus habeatur.

Dominus caſtri ſi uiolatorem pacis receptauit, aut eum repræſentet cum omnibus bonis ſuis mobilibus, uel ſub iuramento eum adduci permittat;aut ſi hoc non faciat,punietur. Bald.

Si iudex populi clamore aliquem pacis violatorem ad caſtrum alicuius domini ſecutus fuerit: dominus,cuius caſtrum id eſſe cognoſcitur, ad faciendam iuſtitiã illum producat.Qui ſi de ſua fuerit diffiſus innocentia, & ante conſpectum iudicis venire formidauerit: ſi manſionem in caſtro habet, dominus eius omnia bona mobilia ſub ſacramento iudici repræſentet: & eum decętero in domo ſua tanquam proſcriptum non recipiat. Si verò manſionem in caſtro non habuerit:dominus eius ſecurè eum adducere faciat, & poſtmodum iudex cum populo eum tanquam pacis violatorem perſequi non deſiſtat[d]. Si duo

gĩt reus pugnam imponere: ſcilicet,ſi nõ vult puniri. Sunt autem & alij duo caſus in Lõbar. in quibus ſimiliter cogit, puta in crimine læ ſæ maieſtatis. Itẽ vbi qs aliũ vocauerit arigam,id eſt,cucurbitam,vt in Lombar. de pur. rei. l.vlt.et de cõuictis.l.j. quod erit ſpeciale in prædictis quatuor caſibus:cũ alias regulariter pugna ſit ſemper in electiõe*actoris:vt in Lomb. qualiter quis ſe defendere debet.ſi quis amodo.&.l.de prædijs.& l.ſi quis alium aſto.licet omnes videantur dicere, quod reus teneatur ſe, vel per pugnam defendere, vel iurare: vt in Lõbar. prædicto tit. c.ſi quis poſt.quod ita intelligitur, ſcilicet ſi actor voluerit per prædictas leges.

* Quando ſit in actoris electione. & item quando reus indicere duellum cogatur. quotve ſunt caſus propter quos duellũ pmittatur, vide hic per Bald. & Mat.ab afflì.ſed fuſiſsimè per Goff. ĩ tractatu de duello.

c Vitam ſuam defendendo.qd quidem iure facere poteſt. quod enim quis ob tutelam ſui corporis facit, iure feciſſe exiſtimatur: vt.ff.de iuſti.& iur.l.vt vim. dum tamẽ cũ moderamine inculpatæ* tutelæ hoc faciat: vt C. vnde vi. l.j. idem puto ſi non voluntarie, ſed ex improuiſo eũ occidit: quoniam crimen tũc nõ cõtraxit.ea em,quæ ex improuiſo caſu potius, quã fraude accidunt, facto,nõ noxæ imputant: vt.C.ad.l.Cornel.de ſica.l.j. idem etiam puto, ſi hoc fecit ob tutelam filiorũ ſuorum, vel vxoris, vel alterius perſonæ coniunctæ: vt ar.C. de epiſco.& cleri.l.raptores. j.reſpõ. &.ff. quod met. cau. l. iſti quidem. §.vlti. &.ff. ad ſenatuſcõſul. Syl. l.j.§.fi.cũ idem ſorte eſſet,ſi ob tutelam rerum ſuarum: vt arg. C. vnde vi. l.j. &. ff. ad legem Cornel. de ſica.l.furem.& in authen. vt nulli iudi.§. vlt.& in Lombar.de ijs, qui ad palatium ire contendunt.ſi cuiuſque.

* De inculpatæ tutelę moderamine & quatenus id ſumendũ ſit, vide ꝑ Abb. in.c. ſignificaſti. de homic.

d Perſequi non deſiſtat.armis,ſcilicet legalibus, quibus imperatoriam &c.

vt in proœmio inſti. in princ. ergo & cõſequenter iudicem de quo hic dicitur. & quidẽ non aliter iudex iudicare debet, quam quod ex legibus, & cõſtitutionibus, & moribus proditum eſt: vt inſtit. de offi. iudi. in princ.

a Si duo homines. id eſt, quando inueſtitor dicit ſe illũ inueſtiuiſſe de illo beneficio, quã inueſtiturã fecit dono, nullo pretio accepto. et hoc eſt quod dicit, donũ inueſtiturę recognoſcit &c.

homines[a] pro vno beneficio contendunt: & vnus[b] ſuper eodem beneficio inueſtitorem producit, illius teſtimonium[c], cùm inueſtitor donum inueſtituræ cognoſcit, comes primò recipiat: & ſi idem probare poterit idoneis teſtibus, quòd abſque rapina hoc idem beneficium habuit: remota controuerſię materia, id obtineat. Quòd ſi de rapina præſente iudice conuictus fuerit: rapinam dupliciter ſoluat[d] beneficio verò careat: niſi iuſtitia & iudicio dictante illud in poſterum requirat. Si tres vel plures contendunt de eodem beneficio producentes vtrinq; diuerſos inueſtitores[e]: iudex in cuius præſentia cauſa ventilatur, à duobus requirat[f] boni teſtimonij hominibus in prouincia eorundem litigatorum cõmorantibus per ſacramentum, quod iurauerint: quis illorum abſque rapina eius beneficij poſſeſſor extiterit: & cognita ex ipſorum teſtimonio rei veritate, poſſeſſor beneficium ſuum quietè obtineat: niſi iudicio & iuſtitia dictante alter de manu ſua illud eripiat.

b Et vnus. nam ſi ambo producunt eũdem inueſtitorẽ: tunc ille eſſet potior, cui dominus ſine fraude guarentizaret: niſi aliud probaretur ab alio: vt j. de. l. Corra. §. ſi autem inter pares duos.

c Teſtimonium. ſcilicet eius, qui produxit inueſtitorem: quia debebat probare ſe inueſtitum eſſe: vt j. ſequit, & ſi idem probare poterit &c. vel dicas illius teſtimoniũ &c. id eſt, eius inueſtitoris: quia comes debebit primo audire eius teſtimoniũ: id eſt, ſimplex dictum ſine iuramẽto, vel cum iuramẽto ſi voluerit. & ſi dixerit ſe inueſtiturã in illũ, qui eum produxit ſe ciſſe: tunc ille, qui per eũ produxit inueſtitorem, debebit probare idoneis teſtibus &c. prior tamen intellectus magis conſonat literæ: nihilominus tamen comes audiet dictũ inueſtitoris. & hoc eſt quod dicit: inueſtitoris donũ &c. & intelligas, quod iſte qui produxit inueſtitorem, nõ poſsidebat. aliter enim non habet neceſſe probare, cum actore non probante &c. vt. C. de edend. l. qui accuſare. niſi forte aliud eſſet, quod pro aduerſario faceret. Sed quare dicitur, quod debet ꝓbare ſe illud beneficiũ abſque rapina habuiſſe, nonne ſufficit ſi probet ſe inueſtitum, & illud habuiſſe? Reſpond. ſatis intelligitur probare hoc ipſo, quod contrarium nõ probatur: dum tamẽ probet ſe inueſtitum ſaltẽ per dictum illius inueſtitoris, quem produxit. arg. ff. de iure do. l. dotem quę. &. C. qui mili. non poſ. l. ſuper ſeruis. & hoc etiam videtur dici. j. proxi. §. quod ſi de rapina &c. vel dicas, quod ideo probare debet illud: vt remoueatur poſtea omnis controuerſia de eo: & hoc eſt quod ſequitur, remota controuerſiæ materia &c. Accurſius.

d Soluat. ſcilicet ei, qui per rapinam abſtulit. & intelligas hic rapinã nõ in ꝓpria ſignificatione: cũ res immobilis dicatur ꝓprie inuadi: & res mobilis rapi: vt inſtitutio. vi bono. rapto. §. quod nõ ſolũ. ſub. §. quia tamẽ. & ita habes hic, quod debet ſoluere duplũ rapinæ illius. Sed nũquid erit totũ pœna: an in ipſo duplo res continebitur? Reſpon. in ipſo duplo res cõtinebitur. ne alias contradicat cõſtitutioni, ſi quis in tãtam. C. vnde vi. vel alijs, quæ dicũt rem in duplo contineri. Vel dicas, quod totum erit pœna: & propterea beneficium debebit amittere: & hoc eſt quod ſequitur: beneficio vero careat &c. & propter prędictam pœnam reſeruatur ei hoc ius: ſcilicet vt poſsit illud beneficium in poſterum requirere de iure: cum forte res bene eſſet illius, qui eum inueſtiuit: verũtamẽ alius poſsidebat: quam poſſeſsionem iſte inuaſit. & hoc eſt quod ſequitur, niſi iuſtitia &c.

e Diuerſos inueſtitores. ſi autem vnum producerent inueſtitorem: tũc ſi poſsidenti dominus guarẽtare voluerit ſine fraude, ille obtinebit: niſi aduerſarius contra induxit: vt. j. de le. Corra. §. ſi autem inter pares duos.

f Requirat. quid ergo erit ſi nullum inueniat, qui hoc dicat? Reſpõ. beatus qui tenebit: niſi forte alter eorum probauerit de iure ſuo. In. §. ergo iſto, & ſuperiori videt dici, quod iudex ſiue comes debet cognoſcere inter duos vel tres pares de cõtrouerſia feudi: quæ eſt cõtra aliã cõſtitutionẽ eiuſdem Friderichi, imperialem debet ſolertiã &c. §. præterea ſi inter. vbi dicitur, quod dominus debet cognoſcere. ſed dicas de hoc ſecundum quod ibi notaui in ſumma titu. apud quem, vel quos iudi. cau. feud. de. agitari.

Miles à ruſtico de pace uiolata pulſatus, militari manu ſe purgabit. Quòd ſi ruſtico per militem obijciatur: diuino ruſticus aut humano iudicio ſuam monſtrabit innocentiam. Bald.

Si ruſticus militem de violata pace pulſans manu ſua iurauerit, quòd non de voluntate[g] ſua, ſed de neceſsitate hoc fecit: manu militari ſe miles expurgabit. Si miles ruſticum de violata pace pulſauerit[h], & manu ſua iurauerit, quòd non voluntate, ſed neceſsitate hoc[i] fecit: de duobus vnum ruſticus eligat, an diuino[k], an humano iudicio innocentiam ſuam oſtendat: aut ſeptem teſtibus idoneis, quos iudex elegerit, ſe purget. Si miles aduerſus militem pro pace violata aut alio

g De voluntate. quod alias dicitur in Lomb. aſto animo. & in multis legibus, & maxime in ti. qua. quis ſe de. deb. ſi quis alium aſto animo appellauerit. & in multis alijs legibus. quod verbũ exponitur, id eſt voluntarie: ſecundum quod hic eſt ſimpliciter poſitũ: vt in Lombar. de ho. lib. ho. ſi quis puellam. in fine tit. & de incen. et damno & iniu. l. j. in princ. iure autem Romano dicitur calumnia. Accurſius.

h Pulſauerit. ſcilicet deferens vel accuſans: & accuſando citans.

i Hoc. ſcilicet iuramentum tale prędictæ pulſationis. Accur.

k An diuino. id eſt, per iudicium candentis ferri ſiue igniti: ſicut hodie eſt conſuetudo in multis locis portari: vel forte accedet ad. ix. vomeres ignitos: quorum quilibet calidus ſiue ignitus in terra ponetur vnus ante aliũ, & ipſe portabit vnum ex eis, donec fuerit ad nonum: ſicut ille, qui parricidium commiſit, timens per eum ſe caſurum in ſeruitutem: cum ille forte eſſet ſeruus, quem occidit: & hoc negauerit: vt in Lombar. de parri. l. iij. vel etiã per iudiciũ feruentis aquę: ſicut dicitur de ſeruo, qui dicitur homicidiũ abſcõſe perpetraſſe: vt in Lõbar. de homici. lib. ho. l. vlti. quod autẽ ſequitur, an humano iudicio: ſic intelligas, id eſt, per pugnã. Sed quæro cum quo debebit pugnare iſte ruſticus: nunquid pugnabit cum milite: an cum campione ei dato à milite? Reſpon. niſi cum milite nõ debebit pugnare: quoniam principales perſonæ debẽt per ſe pugnare, niſi iuuenilis ætas, aut decrepita, aut infirmitas eos pugnare prohibeat: & in alijs quibuſdam caſibus: vt in Lombar. qualiter quis ſe defendere debe. quicunque. &. l. finali. &. l. ſi ſeruus propter appetitum. & titu. de homi. lib. ho. l. qui vero. Vel dicas (& hoc forte verius eſt) quod non pugnabit cum milite: ſed cum campione ſibi ęquali dato à milite: quoniam per conſimiles aduocatores fieri debet pugna: vt in Lombar. qualiter quis ſe defen. debe. l. vlti. nec enim poteſt quis contra militem nolentem pugnam imponere: niſi probauerit, quod antiquitus ipſe cum parentibus ſuis natione miles exiſtat legitimus: vt ſequitur. j. ꝓxi. niſi forte velles dicere, quod aliud ſit, quando miles imponit pugnam cõtra ruſticum: & tunc per ſeipſum pugnabit: & aliud quãdo ruſticus vult pugnam imponere militi, & tunc non poſſet eam imponere: vt. j. §. proxi. dicitur: quia tunc miles debet ſe purgare ſacramento ſuo. & ita erit deterioris conditionis ruſticus quam miles. nec mirum, cum in multis caſibus priuilegium habeat miles, quod non habent alij: quos hic enumerare eſſet prolixum. nimirum, quia magis debet puniri corporaliter ruſticus quam miles: vt argu. C. de ſumma trini. l. nemo clericus. licet pecuniariter ſecus: vt. C. de epiſ. & cleri. l. presbyteri.

Ruſticus deterioris eſt conditionis, qu miles.

Capitali

a Capitali cauſa. Sic ergo videt, quod de quolibet capitali crimine pugna hodie poſsit imponi: quod eſt contra ius Lombardorum, quo videt prohiberi pugnam fieri: niſi in caſibus à lege dictis: vt notatur in Lombarda, qualiter quis ſe defen. debe. quicunq;. & titu. de homine ad iudicium nõ mittendo. l. vnica. Pugna enim eſt odioſa, & legi diſplicet: vt in Lõbarda, de ho. lib. ho. recolimus enim. & odia ſunt magis reſtrīgenda, quam ampliãda: vt. ff. de libe. et poſthu. l. cum quidam. vel dicas etiam quod nihil innouetur per id, quod hic dicitur. & intelligas qđ hic dicitur aut aliqua capitali cauſa: ſcilicet p quã pugna oriatur. & hic forte eſt verior intellectus, qui poteſt colligi ex eo quod dixit aliqua, & non dixit qualibet, ſicut & alias ſecundum quoſdam intelligitur, qđ legitur in Lombarda, qualiter quis ſe defend. debet. l. de futuris, vel de minoribus cauſis. quia quod ibi dicitur de minoribus cauſis, intelligũt ipſi & de his cauſis, in q- bus non poteſt fieri pugna gratia rei: qa eſt infra quantitatem de qua alias fieret pugna, puta quia eſt furtum infra ſex ſolidos aut depoſitum negatum infra viginti ſolidos: non de alijs de quibus alias non poſſet imponi pugna, licet quidam iſtud aliter intelligant: vt ibi dem notatur. ſic etiã aliqui intelligunt legem, ſi quis aliũ aſto animo &c. ſcilicet verbum illud, an, vnde ipſa appellatio agatur: id eſt, de cauſa, de qua pugna oriatur. In hoc tamẽ arctabitur forte ius Lombardo. per hoc quod hic dicitur, ſcilicet quod contra militem non poterit hodie pugna imponi, niſi à milite: ſecundum quod ſequitur in hoc. §. niſi probare poſsit &c.

b Si quis ruſticus arma. & ita habes

qua capitali cauſa [a] duellum committere voluerit: facultas pugnandi ei non concedatur, niſi probare poſsit, quòd antiquitus ipſe cum parentibus ſuis natione legitimus miles exiſtat.

Imperator præcipit ciuitatibus, quòd poſt natalem ſanctæ Mariæ prouideant, quòd ſit rerũ ubertas: & ſtatuitur pœna non ſeruantibus eorum deliberationem & ſtatuta. Bald.

Poſt natalem ſanctæ Mariæ vnuſquiſq; comes ſeptem boni teſtimonij viros ſibi eligat: & de qualibet prouincia cum ipſis ſagaciter diſponat: & quanto pretio ſecundum qualitatem temporis ſit anno na vendenda, vtiliter prouideat. Quicunq; verò contra deliberationem ipſius intra anni terminum, altius modiũ & carius vendere præſumpſerit, tanquã violator pacis habeatur: & totidem viginti libras comiti exoluat, quanti modios ſiue maldios altius vẽ didiſſe conuictus fuerit.

Ruſticus arma non portet: nec mercator, qui negotiandi cauſa per prouinciam tranſit, nec miles ad palatium comitis. Item nullus laqueos ſeu retia tendat ad capiendas uenationes: niſi aduerſus apros & lupos. Bald.

Si quis ruſticus arma [b], vel lanceam portauerit, vel gladium: iudex, in cuius poteſtate repertus fuerit, vel arma tollat, vel viginti ſolidos pro ipſis recipiat à Ruſtico. Mercator negotiandi cauſa per prouinciam pertranſiens, gladium ſuum ſuæ ſellæ alliget, vel ſuper vehiculum ſuũ ponat: non vt quem lædat [c] innocentem, ſed vt à prædone ſe defendat. Nemo retia ſua, aut laqueos, aut alia quælibet inſtrumenta ad capiendas venationes tendat, niſi ad vrſos, apros, vel lupos capiendos. Ad palatium comitis nullus miles ferat arma, niſi rogatus à comite.

Publici latrones antiqua damnantur ſententia. & ijs nõ prodeſt appellatio uel reclamatio, ſicut nec cæteris, qui appellare nõ poſſunt. Bal.

Publici latrones & conuicti, antiqua damnentur ſentẽtia. Quicunq; aduocatiam ſuam, vel aliquod aliud beneficium inornatè tractauerit, & à domino ſuo admonitus non reſipuerit, & in ſua perdurans inſolertia † ordine iudiciario tam aduocatia, quàm beneficio exutus fuerit: ſi poſt modum auſu temerario aduocatiam, vel beneficium inuaſerit, pro violatore habeatur.

Si furatus eſt aliquis ualorem quinq; ſolidorum uel amplius laqueo ſuſpendatur. ſi uerò minus: ſcopis & forpice excorietur, & tundatur. Baldus.

Si quis quinq; ſolidos valens aut plus fuerit furatus, laqueo ſuſpendatur: ſi minus, ſcopis & forpice excorietur, & tundatur †. Si miniſteriales alicuius domini inter ſe guerram habuerint: comes ſiue iudex in cuius regimine eam fecerint, per leges & iudicia ex ratione proſequatur.

Quicunq; per terram tranſiens equum ſuum pabulare voluerit, quantum propinquius ſecundum viam ſtans in loco amplecti poterit ad refectionem & reparationem equi ſui, ĩpunè ipſi equo porrigat. Licitum ſit etiã ipſi vti herba & viridi ſylua: & ſine vaſtatiõe aliqua quilibet vtatur pro ſua commoditate & vſu neceſſario.

TITVLVS XXVIII.

HIC FINITVR LEX, DEINDE conſuetudines regni incipiunt [d].

Vaſallus dominum ſuum non adiuuans in prælio iuſto, feudum perdit: in bello autem iniuſto ad defendendum eum iuuare tenetur: ad offendendum uerò poteſt ſi uult, ſed nõ cogitur: nec feudum perdit. Bald.

Omino guerram faciente alicui, ſi ſciatur quòd iuſtè, aut cũ dubitatur, vaſallus eum adiuuare tenetur. Sed cũ palã eſt, quòd irrationabiliter eã facit, adiuuet eum ad eius defenſionem: ad offendendum verò alium nõ adiuuet, ſi vult. Sed ſi eum adiuuare noluerit: non tamẽ feudũ amittet, ſecũdũ Obertũ de Orto, et Gerardũ Capagiſtũ. Alij verò ſine diſtinctione dicũt ſemp debere eũ adiuuare. Sed Obertus & Gerardus vtunt eo argumẽto, quòd quẽadmodũ dnm excõmunicatũ vel à rege bãnitũ nõ eſt obligatus vaſallus ad adiuuandum, vel ſeruitiũ ei præſtandum, imò ſolutus eſt [e], interim ſacra

Arma portare & pecuniã optare nõ audent ruſtici.

† inſolentia

† tondeatur.

c Non, vt quem lædat. id eſt, non eo animo, vt quem &c. ecce vt hic palã dicit Imperator maleuolũ animum habere arma deferentem.

d HIC FINItur &c. Quidã aliter habẽt, ſcilicet ita: hic incipit lex conſuetudinis regni. meliorẽ tamẽ puto hũc titulũ, quia verũ eſt, quod lex hic finitur, ſcilicet ſuperior lex de pace tenenda, ſcilicet Friderichus. & quod ſequitur, nõ eſt lex, ſed conſuetudines ſunt potius.

e Omino. Solutuseſt Nunqd vaſallus interim poterit vendere ſine conſenſu

Bannitus nō habet sub se vasallos sicut nec excōmunicatus.

cōsensu ipsius domini sui bāniti, ita q̄ teneat vēditio: & q̄ dñs nō possit eam venditionē rescindere post q̄ fuerit restitutus? Et videt q̄ sic, ad exēplū filij eius, qui deportatus est: nā ea quę gesta sunt per ipsum filiū, tūc q̄n pater eius est deportatus, rata debēt haberi: nec infirmantur patre restituto: vt. C. de sentē. pas. l. vlt. circa prin. & merito debet tenere venditio. nā & interim dum est bānitus, posset damnum impune in bonis eius dari: cū alias nihil videtur ei nocere bānum. Item tunc non dicitur feudū vēdi: quia tūc nō videt feudū esse, cum interim vasallus est solutus à sacramēto fidelitatis à qua fidelitate feudum dicitur: vt. ſ. per quos fiat inuesti. & per quos reci. c. nulla. Sed dicas & forte melius, q̄d nō possit interim vēdere: licet interim nō possit venditio retractari. Nec enim dñs amisit dñium directū, q̄d retinuerat tempore inuestituræ ꝓpter bannū: nisi forte bona eius essent expressim publicata: cū etiā tunc forte eo restituto: & bona eius intelligerentur restituta: vt. C. prædi. tit. l. j. & vlti. circa finē. & maxime si dñs habet filios, interim feudum ad eos pertinet: cum hodie bona deportati non publicentur: vt. C. de bo. ꝓscrip. authen. bona. Sed q̄d si dñs bannitus est ab aliqua potestate alicuius ciuitatis sub cuius iurisdictione est & dominus & vasallus: nunquid interim vasallus sacramēto fidelitatis absolutus est ita q̄ non sit obligatus ad eum adiuuandū, vel ei seruitium prę-standum? Respō. forte sic, eadem ratione, vt in bannito à rege: cum ratio diuersitatis reddi non possit. ar. C. de constitu. pecu. l. vlti. nisi forte diceres contrarium ea ratione, q̄ maior sit rex aliqua potestate.

mento fidelitatis, nisi ab ecclę sia, vel à rege fuerit restitutus: ita nec istum iniustè guerram alicui facientem.

Vasallus non cogitur domino offerre seruitium: & quātocunq; tempore steterit, quòd seruitium non præstiterit, feudū nō amittit. Fallit in tribus casibus hic insertis. Iaco. de Bel.

Ad hoc quantocunq; tēpore steterit vasallus, quòd domino non seruierit, secundum vsum Mediolañ. [a] beneficiū non amittit, nisi seruitium facere renuerit: vel nisi à domino ei denuntiatum fuerit, & ille cùm potuerit, diu steterit, quòd seruitium nullum ei fecerit. Bonus tamen iudex varię ex personis causisq; definiet: & finget vasallum remotum esse, vel propinquū: paratum esse, vel non: dominum guerrā habere, vel nō: vtrum etiam magnam, vel paruam: & annuntiabit ei dominus, vel nō. hæc omnia vertuntur in cognitione causæ, & promptiores [b] sumus ad absoluendum, quàm ad condemnandum. Tu tamen scias, quòd si vasallus sciat dominum obsideri, vel aliter ei mortē immínere: & cùm potuerit, ei non nuntiauerit, vel etiā sine nuntio eum non adiuuerit, feudo priuabitur. Si vasallus in feudo aliquod ædificium fecerit [c], vel ipsum sua pecunia meliorauerit, & contigerit post ea, vt vasallus sine filio masculo decedat: dominus aut patiatur ædificium auferri, aut soluat pretium [d] melioratiōnis. Idem dico, si pretio seruitutē [e] fundo acquirat. Quidam alij dicunt omnino ad dominum pertinere.

Si uasallus nullo hærede relicto ante Martium decesserit, fructus domino pertinent, ad quem deuoluitur feudum: secus si post Augustum decedat: quia tunc eius hæredis erunt. Baldus.

His consequenter dicitur, quòd si vasallus decedat sine hærede masculo, & cōtingat feudum ad dominum reuerti, sic distinguitur, quòd si ante Martiū [e] omnes fructus illius anni ex feudo prouenientes, ad dominum pertinebunt [f]. Si verò post calendas Martij vsq; ad Augustū, omnes fructus, qui interim percipiunt, ad hęredes vasalli ꝓtineant †. Si verò post Augustum, oēs fructus anni ꝓcipiet dñs. quidam tñ dicūt, quocūq; tempore anni decedat, oēs pendētes fructus ad dominū pertinere. Cōtra omnes [g] debet vasallus ſ. j. & instit. de rer. diuisio. ſ. certe illud. & ff. de vsufruc. l. sed et si quid. & de rei ven. l. si fundi poss. et. l. in fundo. & ff. de pigno ra. actio. l. j. & l. elegāter, ſ. vltimo. & l. si seruus pigno. & l. si necessarias. & ff. de cōtra. iu. tut. l. j. ſ. finito. & ff. ad Treb. l. hæres cum de. & l. patroni filius. ſ. vlt. & ff. loca. & cōduc. l. dominus, ſ. j. & l. penult. & q̄d dicit postea. idem dico, si pretio seruitutē fundo acq̄siuit: istud dico, quia per se non potest subsistere: vt notatum est. ſ. illi vero qui dicūt omnino ad dominū pertinere: sine dubio inepte locuti sunt: vt mihi videtur. Accursius.

Ante Martiū. Quod hic dicitur de fructibus, distinguitur vt alias in hærede fructuarij obseruatur: vt. ff. de vsufruct. l. defuncta. sed inter vxorem & maritum aliter fit fructuum diuisio: vt. ff. soluto matrimonio. l. diuortio, qualiter autem distinguatur, diligenter est attendendum: quia de facto sæpissime accidit, quod vltimi dicunt, iniquitatem cōtinet: & ideo male dicitur, sicut superius ī alio cap.

Pertinebunt. q̄ isti bene dicant, probatur argumen. ff. de vsur. l. Herennius. & instit. de rerum diui. ſ. is vero ad quē vsusfructus.

† Facit ad hoc. c. si propter tua. de rescript. li. vj.

g Contra omnes. sed nunquid cōtra se debet dominum adiuuare? Respond. videtur quod sic: quoniam generaliter iurauit ei vasallus fidelitatem contra omnes homines: vnde generaliter faciēda est interpretatio: vt arg. ff. de lib. legat. l. si qs rationes, &. C. de fideicommis. l. cum virum. vnde cum fecerit diuisionē personarum vniuersos comprehendere intelligitur. ar. C. de donat. l. data. & maxime cū teneatur cōtra filium eum adiuuare, vt statim sequitur: cum eadē quasi intelligitur patris persona cū persona filij: argu. instit. de inuti. stipu. ſ. ei qui. sicut alias nō interest, vtrum veritus sit in se patere: an in filijs: vt. ff. quod met. cau. l. isti quidē. ſ. vlti. si enim vasallus tenetur dominū adiuuare cōtra filios, ab illis eum defendere: ergo multo fortius cōtra se, & à se. argu. ff. de cōdictio. indebi. l. frater à fratre. &. C. de euic. l. siue ecōtra. videtur quod nō debeat cōtra se dominū adiuuare. Nec em̄ semper est faciēda interpretatio generaliter generalis sermonis. arg. ff. de mi. l. illud. in fin. & de procura. l. mādato. imo de generalibus est facienda tacite exceptio: vt. ff. de ser. l. si cui. nec enim est credēdum, quod intellexisset iurare cōtra se: cum specialiter cōtra se non fuisset iuratus: vt argu. ff. de pecul. l. qui peculij. In generali enim isto iuramēto videtur tantum de extraneis cogitasse siue dixisse. argu. ff. loca. & cōduc. l. qui insulam. ſ. vltimo. & ff. communia prædio. l. quicquid. Item facit cōtra eum: quia cōtra stipulatorem debet fieri interpretatio. ff. de verborū oblig. l. stipulatio ista. ſ. ij. ꝓ domino vero adhuc videtur facere litera sequens, scilicet nisi cōtra alium antiquiorem dominum &c. cū ergo vnum excipiat, merito omnes alios videtur cōprehēdere. ar. ff. de iudi. l. solemus. quid ergo dicemus? Respō. quod nō teneatur cōtra se dñm adiuuare: qm̄ in isto generali sacramēto videtur

Vasallus contra se dominum iuuare non tenetur.

a Secundum vsum Mediolanen. imo secundum cōmunē vsum, licet enim vasallus seruitiū domino nō offerat: tamen nō ob hoc feudū amittit: dum tamē dño petēti seruire paratus sit. verūtamē si sciuerit domino magnū periculū imminere: vltro adiutoriū suū debet domino præbere: alioquin feudū perderet: vt. ſ. si de feu. controuer. sue. c. licet. & hoc est quod dicitur. j. ꝓ. xi. tu tamen scias &c. hæc tamen vertentur in causæ cognitione secundum quod hic dicitur, bonus tamen iudex &c.

b Et promptiores. hoc est quod alias dicitur. ff. de actio. & oblig. l. Arrianus. et fauorabiliores sunt rei, quàm actores: vt. ff. de reg. iur. l. fauorabiliores. & hoc est verū: nisi ꝓ libertate & ꝓ re priuilegiata pronūtiari possit. tunc enim magis cōdemnare, q̄ absoluere debemus: vt. ff. de re iudi. l. inter pares. Accur.

Absoluimus potius quam condemnamus.

c Aliquod ædificium fecerit. cū fortasis facere nō debeat, nisi hoc in feudo colligēdorū fructuū causa faciat. Sed si q̄d ædificauerit: forsitan nec tollere, nec reficere sine quæstione potest: rem tamen suam poterit vēdicare. arg. ff. de vsufru. l. sed si quid in ædificauerit. in prin. Accursius.

d Soluat pretium. alias enim submoueretur exceptione doli mali, nisi pretium exolueret: vt. ff. de actio. emp. & vēdi. l. Iulia.

detur tantum de extraneis cogitasse: vt arg. ff. communia prædi. l. quicquid. Item alia ratione: aut enim dominus iuste habet guerram cum eo, aut iniuste. si iuste: nõ propter aliud de causa leui, nisi propter aliquã culpam ipsius vasalli. vnde eoipso forte poterit feudum ei auferri. ad quid ergo teneretur eũ adiuuare contra se: cum nihil aliud pateretur, si etiã contra alios eum non adiuuaret, nisi quia feudum amitteret? si autem iniuste: adhuc idẽ: quia hoc ipso deberet dominus amittere proprietatem feudi: sicut vasallus caderet à feudo, si contra dominum hoc faceret: vt ſ. si de feu. controuer sia fuerit. ca. domino cõmittente. et. j. qualiter dominus à proprie. c. ex facto. & ar. ſ. de for. fideli. in fin.

a Fratrem. sed nunquid dominus eodẽ modo debet vasallũ adiuuare contra omnes homines, & cõtra fratrem et filium? Respon. vtique, cum in his omnibus debeat dominus vasallo vicem reddere, q̃ vasallus tenetur præstare domino: vt. ſ. prædicto titu. de forma fidelita. in fi. cum etiam dominus amitteret proprietatẽ per eandem felloniã, per quam vasallus amittit feudum: vt. ſ. si de feu. controuer. fue. c. domino committente. et. j. qualiter dominus à proprie. cap. ex facto.

b Dominum antiquiorem. scilicet à quo ante feudum tenebat. vnde recte facit, si nominatim excipiat eum, quando iurat fidelitatem, sicut nominatim debet excipere personam Imperatoris: vt in constitutione Friderichi imperialẽ. ſ. illud quoq; præcipimus. & merito, quoniam qui prior est tẽpore, potior debet esse iure. ff. qui potio. in pign. ha. l. potior.

DE FILIIS natis ex ma. &c.

c Vidam. Nec filij eius. De talibus filijs intelligo loqui. ſ. si de feu. controuer. fue. c. mulier. & c. filij nati. vt antiquitas secundum leges habeat autoritatem: & vocatur hæc lex Salica.

DE FEVDO FOEMINAE.

d Si fœmina. Masculus, hic no. q̃ filię nõ succedũt matri in feudo: licet à matre sumpserint initium: et hoc secũdum istos: licet alijs aliter videatur: vt. ſ. dicitur proxi. ca. ſ. j. j. de na. suc. feu. & merito nõ succedunt sine pacto speciali. nam secundum rigorem consuetudinis filij masculi non succedunt matri in feudo: cum secundum vsum regni dicatur feudum paternum, & non maternum, sed de æquitate admittuntur: vt. ſ. ti. an maritus succe. vxo. in bene. c. si fœmina.

e Succedere. nisi forte paratus sit seruire per substitutum domino: arg. C. de epis. & cle. l. quisquis. &. l. ad similitudinem. & ff. de arbi. l. si arbiter. in fi. l.

f Postposuerit. statim enim cum fuit factus clericus, vel conuersus, fuit domino feudum apertum, sicut & de eo, qui feudum illicite alienauit non voluntate domini. licet enim recuperauerit ab emptore non tamen penes se retinebit: cum domino erat apertum per alienationem: vt j. quid iur. si post ali. feud. va. rec. l. prętera. hic ergo colligitur manifeste, q̃ non restituuntur amissa: licet in pristinum statum res redierit: vt ar. institu. de cap. di. ſ. quod autem. &. ff. de adop. l. q̃ libertus. arg. cõtra. C. de sent. pas. & restitut. l. j. & vlt. &. ff. de in ius vocan. l. sed & si. & arg. contra. ſ. tit. hic finitur lex. c. j. & in summa, vt in libel. distin. Py. titu. nec enim iura restaurantur. alias restituantur.

g Succedunt. etiã si eum forte acquisiuit: forte cum esset clericus: quoniã scriptũ est, Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus: vt in decret. xvj. dist. apostolorum. et cap. placuit. sicut. ſ. dictũ est: q̃a qui factus est miles Dei, desinit esse miles seculi: vt. ſ. de eo qui ar. bel. dep. l. j.

SI VASALlus feudo &c.

Vasalli. Quãdo q̃. puta qñ beneficium nõ est nouum: qm̃ alias non pertineret ad agnatos sed ad dñm: & ita itelligũt quidã q̃d legitur. ſ. in qui. cau. feu. amit. ſ. vlt. ſ. vt ibi loquat de nouo beneficio: tñ puto q̃ hic loquatur de paterno. & q̃ hic dicitur, licet qñq;, intelligas. ſ. qñ vasallus nõ deliquit in dñm, sed in aliũ: quoniam tũc ptinet ad agnatos & nõ ad dominũ secũdũ q̃ ibi dicitur. ſi aũt in dominum deliquisset: tunc secus est. & hoc est q̃ ibi dicitur, vt dñs habeat hanc suę iniuriæ vltionẽ, licet videatur forte æquior sñia prior: ne ex delicto alterius alius damnũ patiatur.

i Tamen. sic ergo est deterioris conditionis filius quam alius: & patris delictum nocet filio. alterius ergo delictũ alteri nocet. quod fit plerũq; propter delicti magnitudinẽ; vt. C. ad leg. Iul. maie.

dominum adiuuare, & cõtra fratrem [a] & filium & patrem nisi contra alium dominũ antiquiorem [b]. hic enim cæteris est præferendus.

TITVLVS XXIX.

DE FILIIS NATIS EX MATRIMONIO AD morganaticam contracto.

Quidam habẽs filiũ ex nobili coniuge, post mortẽ eius nõ valẽs cõtinere, aliam minus nobilem duxit: qui nolens existere in peccato, eam despõsauit, ea lege, vt nec ipsa, nec filij eius [c] amplius habeant de bonis patris, quàm dixerit tẽpore spõsaliorum: verbi gratia, decem libras, vel quantum voluerit dare, quando eam despõsauit: quod Mediolanen. dicunt accipere vxorem ad morganaticam: alibi lege Salica. hic filijs ex ea susceptis decesit. Isti in proprietatem non succedunt, alijs extantibus: sed nec in feudo, etiã alijs nõ existentibus: qui licet legitimi sint, tamẽ in beneficio minimè succedunt. In proprietate verò succedũt patri, prioribus non existentibus. succedũt etiam fratribus sine legitima prole decedentibus secundum vsum Mediolanensium.

+ 1. ibi. alibi lege salica, de hac lege salica vi. Coquarr. in practica q̃q. nõ. ſ. fol. 6.

TITVLVS XXX.

DE FEVDO FOEMINÆ.

Filiæ matri in feudo fœmineo succedunt, masculis non extantibus, secundum Obertum & Gerardum: sed secundum alios non succedunt, nisi per pactum sit actum. Baldus.

Si fœmina habens feudum decesserit: quia fœmineum est feudum & sine pacto speciali, deficientibus filijs masculis [d], ad filias pertinebit. Obertus & Gerardus. Alij verò dicunt nisi per pactum speciale ad eas nõ pertinere, sicut si datum esset filio masculo: quia si ideo, q̃d est fœmineũ, sine pacto trãsit in fœminas: eadẽ ratione quia est fœmineum, transit in fœmineam prolem, etiam masculis extãtibus: quod falsum est. Ex hoc illud descendit, quod dicitur clericum nullo modo in beneficium paternum debere succedere [e], etiã si postea quàm habitum religionis assumpserit, postposuerit [f]. Idẽ in omnibus, qui habitum religionis assumunt, vt conuersi. hi enim nec postea in feudo succedunt [g]: etsi quod habẽt, perdunt.

TITVLVS XXXI.

SI VASALLVS FEVDO PRIVEtur, cui deferatur.

Filius non succedit patri in feudo nec agnati usque ad tertium gradum: quandoque nec descendentes in infinitum, si uasallus feudo priuetur propter suum delictum: nisi filius conquirat domino gratiam sibi faciente, non extantibus agnatis. Baldus.

Vasalli feudum delinquentis, licet ad agnatos [h] quandoq; [h] pertineat: filius tamen [i] ad id nullatenus aspirabit, nisi id iterum à domino licitè acquirat

maiesta.l.quisquis.aliquãdo propter nimiã personarũ coniunctionẽ.ff.si quis ali.test. phi.l.j.licet alibi dicatur, quia delictum patris filio nocere nõ debet: vt.ff.de sena.l.emãcipata.& de bo. pos.contra tab.l.j.&.iij.& de pœ.l.moris.§.pe.& in summa: vt no.in libel.Py.dispu.ca.plenissime.ṡ.dictũ est qualiter quis ex suo facto &c.& titu. sequen. aliquando etiam filij delictũ nocet patri in feudo q̃ pater habebat: vt in constitu.Frid.imperialem.§. insuper si filius vasalli.

a Gratiam.hoc tale est ac si dicat, tunc non potest dominus filio gratiam facere.

b Quibus. & ita videtur, quod ex latere venientes excludant nõ solũ filiũ in casu isto: sed omnes etiam descendẽtes: q̃ forte est verum, imo sine forte: vt.ṡ.si de feu.controuer.fue.c. si vasallus culpã.

QVI TESTES sunt necess.&c.

c Slue clericus. Ad probandam nouam inuestiturã. Hic manifeste corrigitur quod dictum est.ṡ.quid sit inuesti. in prin. Vel dicas, q̃ istorum sentẽtia corrigitur per alios, qui melius dicere videntur: & merito eorum sententia prævalet. nam & hæres decurrens ad solennitates iuris cum ab eo legatum vel fideicommissum petatur, soluere detrectans non audiatur: vt.C.de fideicõ. l.quæstionem.& institu.de fideicom.hæredi.§.vlt.sed occurret instantia.nam reperitur, quod pater dicit emancipationẽ à se factam: sed decurrens ad iuris solennitatem filium redigit in potestatẽ suã: vt.C.si aduer.rẽ iud. l.si cum. Sol.ibi reuocat, quia de substãtia emancipationis aliquid defuerat: puta quia non fuerat autore prætore facta: sed hic non est ita: q̃m testes non sunt de substantia* inuestiturę: vt ita dixerimus.argu.ff.de adop.l.post mortẽ.qui aũt testes in vtraq; inuestitura sint necessarij ad ipsam probandã: notatũ est ṡ.quid sit inuestitu.ca.j.§.si enim.hic ergo secundum meliorem sententiam non nocet, etsi de solennitate aliquid deest; quibus subueniri potest: vt.j.iij.char. Accursius.

* Glossator hic nõ recte tradit, q̃m in hoc quod dicit testes non esse de substãtia quinimo eos de inuestiturę substantia esse constat.supr.qb.

TITVLVS XXXII.

QVI TESTES SVNT NECESSARII ad nouam inuestituram probandam.

Noua inuestitura probatur per testes pares curtis, aut per breue testatum à paribus confirmatum: siue dominus sit laicus, siue clericus, nec aliter facta ualet, etiam si dominus confiteatur factã, & alij contrà testantur. Vetus autem inuestitura probari potest testibus quibuscũque: paribus uel non paribus; masculis tamen, non fœminis. Baldus.

Slue clericus, siue laicus sit dominus, ad probandã nouam inuestituram[c] semper pares curię sunt necessarij, & si sine eis facta sit inuestitura: etiã si dñs cõfiteat factã: quia tamẽ sine hac solẽnitate facta est, nõ valet, etiã si ꝓbari possit per breue testatum. Sed si alij contrà testantur, & si dominus confiteatur factã, decurrens postea ad solẽnitatem cõsuetudinis, non audiatur: sed tale habeatur, ac si pares affuissent: sed alij, etiam si probari possit per breue testatũ: vt Obertus & Gerardus, nisi à paribus curiæ fuerit cõfirmatũ. Cõsules tamen Mediolanenses nuper in quibusdam omnia contrà rescripserunt: in quo ferè omnes Mediolanenses consenserunt & consentiunt: vt breue testatũ non à paribus, sed ab alijs cõfirmatum sufficiat ad probandam nouã inuestituram. Nouam inuestituram dico, quando feudum primò quæritur. De veteri autem beneficio inuestituræ, quæ fit à dñi successore, vel vasallo successori: etiam extranei recipiuntur ad testimoniũ, præter fœminas, secundum vsum Mediolan. Iste enim nec in causis feudi, nec aliorum recipiuntur ad testimonium: ceteri autem recipiuntur in omnibus, quę ad causas feudi pertinent, pręter quam de noua inuestitura.

d DE CONSVETVDINE &c. Ciendum. Inuestitura.& per eam solam potest constitui: vt ṡ.qui.mo.feu.cõsti.potest.c.sciendum &c. istis autem duobus modis potest acqri: vt hic, &.ṡ.de feu. cog.sciendum.imo & tertio modo: vt hic, & quarto similiter: vt notatur in summa qualiter feu.constitua.& acquiratur.

e Paribus curię. si autem non dixit coram curiæ paribus, tũc forte secus esset: quoniã tunc nõ proprie feudum, sed quasi feudum censebit, donec vixerit ille, qui ita nactus fuerit, & nullũ in eo habebit successorem: vt.ṡ.qb.mo. feud.consti.potest.c. sciendum. vnde talis erit differentia inter hũc casum & illum. quoniã hic dixit coram curia, vbi vero non.vel etiam intellige hunc casum secundum illum.Acc.

TITVLVS XXXIII.

DE CONSVETVDINE RECTI feudi.

Primò ponit, quibus modis acquiritur feudum. Secundò qualiter probetur noua inuestitura.secunda ibi, Quod tamen dictum. Baldus.

Ciendum est itaque feudum acquiri inuestitura[d], successione, vel eo, quod habeatur pro inuestitura: vt ecce si dominus alicui coram paribus curiæ[e] dixerit, Vade in possessionẽ illius fundi[f], & teneas illum pro feudo. Licet enim non interceſsisset inuestitura: tamen tale est, ac si ĩterceſsisset: quia ille eius volũtate possessionẽ feudi nactus est feudi nomĩe. Inde etiam dicitur, & si alius probauerit se aliquid nomine bñficij aliquo tẽpore[g] tenuisse domino prẽsente, & nõ cõtradicente[h], & seruitium eius quasi à vasallo recipiẽte: licet

f Fundi.not. q̃ ex eo solo vasallus possessor efficit: qa animo solo non acquiritur possessio: vt.ff.de acquiren. pos.l. possideri.in prin. licet videatur obuiare.ff. prædicto tit.l.j.§.fina.& qualiter intelligatur, ibi exponit. Hic not.per patiẽtiã possessionem transferri, simile.ff.de dona.l.qui saxum.& de acquiren.re.do.l.qua ratione. alias transfertur possessio per retẽtionem vsusfruct.C. de donat.l. quisquis. &.l.si quis argẽtum. §.sed & si quis. alias designatiõe: vt.ff.de peri.& cõ.rei vend.l. quod si. alias oculorum subiectione: dũ tamen effectus interueniat: vt.ff.de acqr. poss.l.j.§.si iusserim. &.l. quod meo.§.si venditorem. alias alterius rei traditione: puta clauium horrei, vel cellæ vinariæ.ff. prædicto titu.l.j.§.si iusserim.& de cõtrahen.emp.l.clauibus. alias conductione. et oẽs isti quinq̃ casus transferendi possessionẽ his versibus declarantur, Visu, siue rei mutuatæ vẽditione. Si conductorem iussi deponere: rerũ Clauibus & chartis: mea si cõduco sciẽter Quãuis nõ aliter detur, possessio transit.

g Aliquo tempore. sed de quo tempore intelligitur? Resp. xxx.annorum: vt.ṡ. si de feu. contro.fue. ca.si quis per triginta annos. vel intelligas etiam de tempore vnius anni, per quod stetit in possessione sciente dño ipso hoc non ignorante cum delatione tamen iurisiurãdi: vt.j.sequitur, præstito &c.&.ṡ. si de inuesti.inter dominum & vas.lis oria.§. si autem aliquis.& non intelligas de dicto tempore triginta annorum: quia tunc puto sine dilatiõe sacramẽti debere absolui.

h Et non contradicente. valde notabile hoc verbum est.nam propter hoc videtur consentire: & sibi præiudicium facere: & omnia notantur de hac materia, supra si de inuest

Possessionẽ transferendi quinque sunt casus.

inuesti. inter dominum & vasal. lis oria. §. si autem aliquis.

a Non probet. & merito: quia contra dominum prę sumit, cum prę sens sit: vt notatur. s. si de inuesti. inter dominum & vasal. lis oriatur. §. si autem aliquis. Item supple: vl quasi probet, puta iurando, vt sequitur statim prę stito iuramẽto &c. &. j. eo. §. item si inter dominum. iusiurandum enim est loco probationis: vt inueniesnotatum. s. si de inue. inter do. & vas. lis oriatur. §. si quis se vel patrem &c.

b Expectandi. sunt. Ecce quod in distinctione notauimus: q̃ si absint pares, expectari debẽt. alias enim non valeret noua inuestitura: vt hic dicitur. potest & hic notari argu. ad quę stionem illam, in qua dicitur de eo, qui sibi ius dixit, ꝓpter inopiã magistratus. nam et ibi dicitur, q̃ si aberat: debuit tamen expectari.

c Iudicẽ moueat. Sed nunquid ꝓpter vnum testem se mouebit iudex? Rñd. vtique: inducit enim præsumptionẽ vox vnius. arg. ff. de iure iur. l. si duo patroni. in princi. & de liber. agn. l. j. §. fin. et. C. de aduoca. diuer. iudi. l. nemini. &. C. de decur. l. si quis decurio. &. ff. quẽ admo. test. ape. l. j. &. ij. ĩ fi. & de dote prę leg. l. Theopompus. licet contra sit in auth. de instru. caut. & fide. §. si vero moriãtur omnes. colla. vj. vbi dicit, & omnino se putauerit. & argu. contra. ff. de quæst. l. maritus. sed ideo ibi fuit remota quæstio ancillę: quia non debuit in dominum suum torqueri. C. de quæstioni. l. j.

Præsumptionem inducit vnius depositio.

non probet[a] inuestituram, veruntamen obtinebit præstito iuramẽto: nisi aliud contrà inducatur. Quòd autem dictũ est, vt per pares probetur inuestitura, intelligẽdum est de eo domino, q̃ alios habet vasallos: cæterũ sufficiunt extranei. Nec dicatur inuestiturã, vbi sine paribus facta est, valere, quoniam tunc temporis aberant pares: quia etiã si absint, tñ expectandi sunt[b]. Sacramentũ nõ semp̃ est dandũ posidẽti, sed q̃ñq̃ posidẽti, q̃ñq̃ petenti, quãdoque neutri datur: et cùm alicui horum datur, ita demum datur, si aliquid pro eo sit, quod iudicem moueat[c]. vbi nihil est, qđ faciat pro aliquo eorum prę ter possessionem solam: tũc secũdum quod iudici melius visum fuerit, aut possidenti dabitur sacramentum: aut actore nihil probante, qui conuenitur, etiam si nihil prę stiterit reus, tamẽ absoluitur, vel obtinet. Et cùm datur: aut datur à iudice, aut à parte. si à parte: aut subeat eum duodecim sacramentalibus secundum inferiorem distinctionẽ, aut referat[d] pars, cui delatum est. Si à iudice: iuret ille, cui delatum est cũ duodecim vasallis, cum sex parẽtibus[e], cęteros si vult habeat extraneos. dominus verò, si vult[f], cum parẽtibus, aut cum vasallis solis, aut cum parentibus vasalli, vel cũ extraneis mistis parentibus vel vasallis: & iurabit vasallus sine mẽtione cõscientiæ[g]. Dominus quoq̃ de suo facto similiter. De facto verò patris, vel aui, aut alterius ascendentis, iuramento cõscientia præponetur. Quidam tamen dicunt non † quidem conscientiam esse præponendam.

Vasallus à domino non poterit exigere iuramentum calumniæ: sed nec dominus exigere potest à uasallo: alioqui si exegerit, & ipse cogetur iurare. Baldus.

In quibus[h] etiam causis sacramentum calumnię à domino non exigetur: quod nuper rex Friderichus in Romandiola cõstituit: vt vasallus calumnię sacramentum à domino[i] non exigat: quod etiam à parte dñi[k] intelligendum est: vt quod quisq̃[l] iuris in alium statuit, ipse eodẽ iure vtatur.

Similiter vasallus dominum accusare[m], vel testimoniũ cõtra eum reddere non debet in ciuili causa modica aut criminali. Quidam tamen dicũt in criminali non licere, in ciuili licere. in quibus si cõtrà fecerit, feudo priuabitur[n].

Periurium anceps subire quis non debet.

g Conscientiæ. sic ergo de incerto iurat: sicut et alias in Lombar. qua. quis se defende. de. si contigerit. &. l. si quis post mortem. Sed opponitur quod anceps periurium subire videtur. ff. de in lit. iuran. l. videamus.

h In quibus. in quibus etiam iurat vasallus de calumnia, si sacramentum de feudo non fecit. Accursius.

i A' domino. in hoc similis est dominus patrono: qui cum iusiuran. defert liberto, non tenetur de calumnia iurare: vt. ff. de iureiu. l. iusiurandum. §. qui iusiuran.

k A parte domini. non est enim deferendũ amplius ab aduersarijs suis quærere concedi, quam ab alijs pulsati facere patiantur: vt. C. de fru. & lit. expen. l. vltim. Accursius.

l Quod quisque. sed quomodo hoc esse potuit, non video, dicit solicitus. aut enim Imperator per impetrationẽ inquum ius statuit, aut sine impetratione. in primo casu ille solus qui impetrauit, est puniendus, cum alterius factum alteri imputari non valeat: vt ij. quæst. v. capitul. j. in princi. vel cap. interrogatum. Item res inter alios acta nõ debet alijs obesse nec prodesse: vt. C. res inter alios acta. l. vlti. &. C. de pact. debitorum. licet pro & contra aliquando reperiatur: vt in illo generali: res inter alios acta &c. in secundo casu vbi sine impetratione datum est tale ius, nullus est puniẽdus: vt. ff. quod quisque iur. l. iij. nimirum licite offertur quod exigi prohibetur: vt in authenti. de sanct. episcop. §. si quis autem. collatio. ix. et. ff. quod quisque iur. l. iij. &. ff. quę in fraud. cre. l. pupillus. &. C. de cri. sacri. l. fina. & C. de pe. bo. sub. l. ij. et. ff. qui et à qui. ma. l. vltim. &. ff. de var. & extraord. co. l. j. & C. de offi. præfec. præto. l. ij. quid ergo est quod generaliter hic dicitur? Respond. per impetrationem statuit hoc Imperator, verum voluit hoc generale esse, & quod dixit. ff. quod quisque iur. &c. dixit contemplando personas, quæ huic edicto causam *præstiterunt.

† Alias nunquã cõ. alias non semper conscien.

* Et adde secundũ Bald. qđ tit. quod quisque iur. locum hic habeat per extẽsionẽ, nõ autẽ per inuentionem. ad q̃ inducit. l. si quis mihibo. §. si quis.

m Accusare. hoc etiam dicitur de patrono & filio patroni, qui prohibentur libertum accusare in causa capitis, vel testimonium contra eum reddere. & si contra fecerint, ab omni bonorum possessione contra tabulas remouentur. ff. de bo. libr. l. qui cum. liberti quoque aduersus patronos reddentes testimonium puniuntur: vt. C. de testibus. l. aduersus. is etiam qui sub testimonio suo intentionem accusatoris adiuuat, vel actoris fideiussor extiterit: à relictis in testamento priuatur & libertas data seruo, qui testamentum testimonio suo infringere voluit, aufertur. ff. de ijs qui. vt indign. l. post. §. ætati. & §. an libertas.

n Priuabitur. istud intelligitur, quando nulla necessitate cogente vasallus testimonium dixit: alioqui excusabitur: vt no. ff. si quis cau. l. ij. §. j. & argumentũ. ff. de ijs qui. vt indign. l. post. §. an libertas. Item quia officium proprium non debet ei esse damnosum.

Si longa

a Si lõga sit.istud s.expositũ est: & intelligendum est sicut supra dictum est.

DE LEGE CORradi.

b Ex corradi. Si inter duos .Pares. Quod in isto ca. dicitur obseruatur, quicquid .s. sit expositum.

c Feudum alienare. quicquid de alienando feudo obseruandum sit, hic subtiliter distinguitur: sed qualiter sit intelligendum, in cõstitutione Fride. determinabitur. Notand. tamen est, quod licite cum vniuersitate transit quod per se transire non potest. ff. de fun. do. l. j. & ff. de acqui. re. do. l. quidam. nam licitum est in solidum quod pro parte non liceret. not. in lib. dis. Py. vj. char. titu. licitũ est insolidũ quod pro parte nõ liceret: licet cõtra notetur in sequen. duobus titu.

Feudum cũ vniuersitate transit.

Licet insolidũ quod pro pte non licet.

d Totum. i. quod in curia habetur. quare quædam per se nõ transeunt, quæ cum vniuersitate trãseũt. arg. ff. de contrahen. emp. & ven. l. in modicis. & de act. empt. & ven. l. si mercedẽ. §. si cũ. & de acqr. re. do. l. quędã. & de fũ. do. l. j. & not. in libr. dis. Py. iij. char. titul. licite cum vniuersitate trãseunt, quæ alias transire nõ possunt. licet sit contra in titu. ibidem sequenti.

† Facit ad hoc institutio. de iure nat. gẽ. & ciui. §. sed & quod principi.

e Aut æquali. hic ergo not. quod licitũ est mihi per aliũ qđ per meipsum licebat: dũtamẽ sit peræque bonum illud, sicut et aliud vinũ eiusdẽ generis & bonitatis rectè soluitur: vt no. ff. si cer. pe. l. cum quid. & hoc no. secundum cõsuetudinẽ Mediola. p qua ar. possunt reperiri in Py. quæstione, in qua quæritur, vtrum vasallus possit per alium feudo seruire.

f Similiter seruire. videtur quod secunda persona feudo debeat seruire, sed nõ debet: vt arg. ff. vsufruct. queadmodum

Si contentio est de beneficio inter dominum & uasallum: domino poßidente, uasallo autem in probatione deficiẽte, absoluitur dominus sine iuramento. sed uasallo poßidẽte, & domino in probatione deficiẽte, si lõga est poßeßio uasalli: sibi defertur sacramẽtum. si noua defertur domino: nisi præsumptio sit pro uasallo. Bald.

Item si inter dominũ & vasallum controuersia sit de beneficio: possidẽte domino, & vasallo in probatione deficiẽte: qui conuenitur, nullo præstito sacramento absoluatur. vasallo verò possidente, & actore in probatione deficiẽte: si lõga sit[a] vasalli possessio, eius iuramento causa finiatur. vbi verò noua est possessio: sacramentum ei non pręstabitur, sed domino deferetur: nisi aliud faciat pro possidente.

TITVLVS XXXIIII.

DE LEGE CORRADI.

Si inter capitaneos regis est contentio: coram rege debet definiri per l. Corradi, si uerò inter ualuasores, coram paribus curiæ. Bart.

Ex Corradi de beneficio: quæ dicit, Si inter capitaneos cõtrouersia sit, corã rege finiatur: si inter valuasores, coram paribus curię, Mediolani non tenet †: sed talis distinctio ibi obseruatur: quia si ĩter duos, quicunq; fuerint, de beneficio regali cõtrouersia fuerit, quorũ vterq; à rege se dicit inuestitum fuisse: tunc causa coram eo decidatur: cæteræ verò causæ apud pares curiæ. Si autem inter pares[b] duos de aliquo beneficio cõtrouersia sit, quorum vterq; suum feudũ proprium esse dicat: siue asserant eundem inuestitorem, siue diuersos: coram iudice vel arbitro finiatur. Sed cùm vnum producunt inuestitorẽ: si possidenti dominus guarẽtizare voluerit, sine fraude ipse obtinebit: nisi aduersarius contrà aliquid induxerit.

Dominus sine uasalli uoluntate feudum alienare non potest: sed hoc non seruatur Mediolani. Baldus.

Ex eadem lege descendit, quòd dominus sine volũtate vasalli feudum alienare[c] non potest, quod Mediolani non obtinet. ibi em̃ sine curia etiã beneficium totum[d] rectè alienatur: dum tamen aut æquali[e] domino, aut maiori vendatur. Inferiori verò sine vasalli voluntate non licet partem alienare, etiam maiori retenta parte alia feudi. verbi gratia, est vasallus, qui ab eodem domino in pluribus locis feudũ tenet: si partem feudi in vno loco vẽdat, in alio sibi teneat: iste non debet emptori seruire, sed per priorem dominum totum beneficiũ recognoscere. cum curia verò cuicunque beneficium etiam rustico & sine vasalli voluntate potest, dum tamen non totum alienetur. Ober. Quidam autem dicunt, & Gerar. non valere si fiat inferiori.

Non potest regulariter uasallus feudum sine uoluntate domini alienare: nisi det alij in feudum, & personæ sibi æquali. Bart.

Similiter nec vasallus feudum sine volũtate domini alienabit: in feudum tamen rectè dabit, si secũda persona sit talis, quę feudo seruire possit: vt si dans miles est: & ille qui accepit feudum, inueniatur miles, ad hoc, vt feudum si cõtigerit, domino similiter seruire[f] vt & prior possit: & hoc vt dare liceat in infinitum[g]. In quibusdam tamẽ curijs vltra tertiam personam[h] feudi concessio non extenditur: vt cùm feudũ peruenit in quartam personam, ei auferre dñs possit. Profectò ille, qui suũ beneficiũ alij dat in feudum: non debet alia lege dare, nisi qua ipse habeat: vt si habeat sibi suisq; hæredibus (quod intelligi debet de solis masculis[i]) non debet alij dare, vt habeat ipse & sui hæredes masculi & fœminę. Vnde qbusdã placet, quod qui taliter dedit, eoipso beneficiũ amittit. Gerardus & alij dicũt, q; qui dedit, et cui datũ est, beneficiũ

cauet. l. si vsusfru. leg. & .s. si de feu. controuer. fuerit. ca. beneficium. Accursius.

g In infinitum. no. hic quod infinitas licitũ vel illicitũ non vitiat, nec excusat vt ff. de annuis leg. l. annua. §. annua.

Infinitas licitum aut illicitũ nõ vitiat.

h Tertiam personam. et hoc propter infinitatẽ euitãdam, vt. ff. de dam. infec. l. qui bona. sed hic quęritur, à quo domino vẽdicetur, cũ i quartam psonam peruenerit? vtiq; à primo vt opinor. Sed nunqd tertius de euictio ne tenetur? vtiq; nisi fallor, ac si de re aliena fecisset inuestiturã: vt. s. de inuesti. rei alienæ. §. cum de re alie. cũ distinctiõe tamen: quę est ibi sciẽs aut ignorans recepe rit alienũ. & est ratio cur primus dominus admittitur ad vendicandum, & nõ secundus: quoniã ea ratione, qua nõ põt dominus primus tertiũ cõuenire: ex eadẽ secundus non poterit conuenire quartum. Sed pone in quintã psonam transitũ fecisse: quis tunc præfertur? Rñd. adhuc primus, quia primo sibi fuit apertum, nec renuntiauit iuri suo: vt. ff. de serui. export. l. Titius. Sed opponitur quod secundus vasallus vel primus habet vtile dominiũ, at dominus directũ: vnde videtur quod vasallus qui habet vtile, pferatur: sicut dicitur de actione vtili et directa: quia directa postponitur: vt ff. de superfi. l. j. §. iij. huic studiosus respõdeat. Accursius.

i Masculis. hic ergo appellatione hæredis solus masculus continetur. sed. s. etiã aliter notatur de feu. alie. §. inde põt præsumi. Item hic notatur, quod non potest quis plus iuris in aliũ transferre quam ipse habeat: vt. ff. de regu. iur. l. nemo. Item hic notatur secũdum sententiam posteriorum mortẽ alienatoris spectandam esse, sicut notatur. s. de suc ces. feu. in prin.

Iuris nõ trãsfert quis plus in alium quã habeat.

Ab eo

perdit. Secundum alios verò tunc domino aperitur, cùm masculi defecerint.

Si contentio est inter dominum & uasallum: aut uasallus feudum inficiatur, & dominus contra eum probat, et tunc amittit feudum: aut dubitanter respondet, & non amittit. Bald.

Si fuerit inter dominum & vasallum de beneficio controuersia, domino dicẽte, hoc qđ tenes in feudũ à me habes: ille verò negauerit prorsus: si quidem probatum fuerit, ipsum ab eo auferatur[a]. Sed cũ dubitanter responsum fuerit, nescio. minimè, secundũ quosdam: sed secundum alios tunc demum priuabitur, si fraudulenter, id est, sciens, hoc negauerit[b].

TITVLVS XXXV.

DE CLERICO, QVI INVESTITVRAM FACIT.

Primò tractat de inuestitura facta à clerico de rebus propijs. Secundò de rebus ecclesiæ, quas tenet inuestitor. Tertiò de rebus ecclesiæ, quas tenet alius in feudum. Quartò de inuestitura facta ab archiepiscopo uel episcopo & alijs clericis de rebus ecclesiæ, quæ à nemine detinentur. Baldus.

Clerico inuestituram faciente de suis bonis[c], eius successor omnifariam[d] cogitur eã adimplere, cumq; de bonis ecclesiæ eam fecerit, si possessio rei pro beneficio inuestiturę penes eum fuerit: ipse & eius successor ipsam adimpleat. quod etiam in laicis contingit. Vbi verò de alterius feudo fecerit inuestituram: si quidem purè, non valeat: sed si sub tempore vel conditione, quo feudum sibi aperiatur, valebit inuestitura etiam sine voluntate vasalli facta. Si tamen antè decesserit inuestitor, quàm feudum ad eum reuertatur, successor non cogitur eam habere ratã: aut cùm se viuente feudum apertum fuerit, possessionem tradat, & inuestiturã adimpleat. & ideo sciẽdum est archiepiscopum Mediolanensem non posse dare in feudum, quod tempore introitus sui in dominico inuenerit: sed si ea postea feudum aperiatur, ipsum rectè dabit. Profectò alij episcopi & clerici ea, quæ in dominico habent, & feuda his aperta olim dederant, & hodie dant.

TITVLVS XXXVI.

AN MVTVS, VEL ALIAS IMPERFECTUS FEUDUM RETINEAT.

Succedit militi patri mutus aut aliter imperfectus in feudo. Baldus.

Mutus & surdus, cæcus, claudus, vel aliter imperfectus, etiam si sic natus fuerit, totũ feudum paternũ[e] retinebit. Obertus & Gerardus & multi alij. Quidam tamen dicũt eũ, qui talis natus est, feudum retinere nõ posse[f]: quia ipsum seruire nõ valet[g]. Sic dicimus in clerico, & in fœmina, & ĩ similibus[h].

TITVLVS XXXVII.

AN ILLE, QVI INTERFECIT FRATREM DOMINI SUI FEUDUM AMITTAT.

Vasallus si fratrem domini sui interfecit, non amittit feudum: sed si fratrem suum occiderit proditionaliter, uel aliam felloniam cõmisit, ut sine uerecundia in curia esse non poßit, feudũ amittit: & transit ad agnatos. si autem peccauit in dominum, reuertitur ad dominum. Bald.

Si quis interfecerit fratrem domini sui, non ideo beneficium amittit: sed si fratrem suum interfecerit ad hoc, vt totam hæreditatem habeat, vel aliam felloniam commiserit, verbi gratia, hominem tradendo, vt in curia amplius stare non possit[i]: priuabitur beneficio. Quia tamen erga dominum non fuerit facta, ad agnatum proximiorem feudum pertinebit, si paternum fuerit: eodem prorsus obseruando quãtùm ad ordinem gradus, qui cõtinetur in legibus. Cùm autem ad dominum respicit fellonia: feudum tunc domino aperitur. Non cogitur[k] vasallus omnino

---

a Ab eo auferatur. istud contingit propter inficiationis pœnã: quãquam varia ĩ si. libelli disput. Py. reperiaẗ. & hoc si nõ negauerit. aliud si dixerit se nescire vł ignorare: quod intelligendũ est secũdum sententiã inferiorũ. s. vbi sciebat & ex certa scientia dixit se ignorare: quod priuetur tunc. ar. ff. de inge. ma. l. penul.

b Sciens hoc negauerit. istud videtur verum, qñ propter ignorantiã doli prę-sumptio repellitur. ff. de lib. ho. exhib. l. iij. §. is qui. &. ff. de regu. iur. l. non põt.

DE CLERICO, qui in &c.

c Clerico. De suis bonis. Cum clericus dat in feudum de suis rebus, similis est laico: sed cum de rebus ecclesiæ, non sic: vt hic dicitur. qđ autem hic dicitur de feudo, qđ aperiatur & non de alio, male hodie obseruatur. vnde aliud ċap. quidam habent in quo contrarium dicitur, & legitur: & incipit, archiepiscopo &c.

d Omnifariam. nã quod à defuncto inchoatum est, per hæredẽ explicari debet. ff. de fideiusso. & nominato. et hęredibus tu. & cura. l. j.

AN MVTVS, vel alias &c.

e Mutus. Feudũ paternum. nouum vero feudũ nõ: verũtamẽ si feudum fuerit ita magnũ, qđ eo sibi ablato se exhibere non valeat: tũc debet ei tantum de feudo relinqui, vnde se sustinere possit: vt i. episc. vel ab. feu. da. nõ pos. §. mutus. Ac.

f Nõ posse. et hoc forte secundum istos põt eodẽ modo ĩtelligi, vt de nouo feudo ꝓxime diximus.

g Non valet. Sed nunquid hic si velit per substitutum seruire, possessionem retinebit * tunc.

* Glossator hic mouet q̃stionẽ cui nõ satisfacit. tu hoc dicito vt ĩ lac. bellis.

h In similibus. vt i. de eo qui arma bellica deposuit. ca. j. & tit. si de feud. controuersia fuerit. c. qui clericus. & tit. si de feu. fœm. c. j. §. ex hoc. & ita videtur hic assignari ratio, quare fœmina nõ potest retinere feu. s. quia ei seruire non potest, sicut & alias dicitur, ꝙ filia non recipit compositiõem patris sui occisi: quia faidam leuare nõ potest: vt in Lombar. de ho. lib. ho. §. si quis longo.

Fœmina quare feudũ retinere non potest.

AN ILLE, QVI in &c.

b Domeſticis. qui dicañ domeſtici, habes. ff. de iu. om. iu. l. qui iuriſ. et de pe. l. reſpiciẽdũ. &. C. de ĩjs qui ad ec. cõfu. l. præſenti. §. ſane. & de q̃ſtio. l. pridem.

tẽnit: patre mortuo in feudũ nõ ſuccedit[a], niſi prius ſatisfecerit dño. pariq; mõ vaſallus ꝓ omnibus ſuis domeſticis[b] faciat. Illud quoq; p̃cipimus, vt ſi vaſallus de feudo ſuo aliũ vaſallũ[c] habuerit: & vaſallus vaſalli dñm dñi ſui offẽderit: niſi ꝓ ſeruitio alterius dñi ſui hoc fecerit, quẽ ſine fraude añ habuerit, feudo ſuo priuet[d], & ad dñm ſuũ à quo ipſe tenebat, reuertať: niſi reqſitus[e] ab eo paratus fuerit ſatisfacere maiori dño, quẽ offenderit. et niſi vaſallus idẽq; dñs à dño ſuo requiſitus eũ, qui maiorẽ dñm offenderit, reqrat vt ſatisfaciat, ſuum feudũ amittit.

Præterea ſi inter duos[f] vaſallos de feudo ſit controuerſia, dñi ſit cognitio[g], & per eũ controuerſia terminet. ſi verò inter dominum & vaſallum lis oriatur: per pares curiæ[h] à domino ſub fidelitatis debito coniuratos terminetur[i]. Illud quoq; ſancimus, vt in omni ſacramento[k] fidelitatis imperator nominatim excipiatur[l].

c Alium vaſallũ. No. ergo hic, q; vaſallus põt hre aliũ vaſallum de feudo ſuo: nõ ergo intellexit ĩperator iſte verbo alienatiõis prohibere donationẽ in feudũ: et hoc verũ eſt: dũ tñ ſyncere & ſine fraude hoc fiat: vt. ſ. qualiter olī po. feu. alie. c. neceſsitate. niſi forte velis intelligere ſe cũdũ eos, q cõtrariũ dicunt: quod hic intelligitur ſecundum voluntatem domini.

d Priuetur. ſed quare, cũ nõ ſit eius vaſallus: arg. ff. pro ſoc. l. nõ ſocĩ. & arg. ff. de verb. ſig. l. Modeſtinus. & de li. agno. l. ſi quis ali. §. ſi quis à liberti liberto. ſecundum Cor.

e Niſi requiſitus. quid ſi vaſallus meus aliũ fecerit de eodẽ feudo, & vltimus vaſallus feudũ alienauerit: ar. eſt qđ primo dño. i. mihi cõmittať. ff. de ſer. expor. l. pe. &. ff. de acq. poſ. l. q vniuerſas. §. fi. &. l. ſi colonus. &. l. quãuis. §. j. &. l. ſi id qđ. & ita primus habebit laudimiũ, qđ iniquũ nõ vr̃ ꝓpter timorẽ futuræ amiſsionis. Sed arg. cõtra eſt hic ſecundũ Corradum. Sed nũquid vaſallum dñs cogere põt, vt ei feudũ oñdat: arg. eſt quod ſic poſsit. ff. de act. emp. & vẽd. l. Titius hæres. Sed nũ quid vaſallus dñm, qui ei feudum de camera debet, põt cogere vt ei poſſeſsiones ex quibus feudũ percipere debeat, p̃ſtet: arg. eſt quod poſsit. C. de dona. l. ſi quis argentum. §. j.

f Duos. ſ. q alias ſunt vaſalli eiuſdẽ dñi de alĩs feudis, & feu. de quo eſt quæſtio inter eos, ꝑtinet ad eundẽ dñm, & vterq; cõtendit ſuũ feudũ eſſe: alioq; ſi nõ eſſent alias vaſalli, ſed vterq; diceret ſe eſſe vaſallũ ipſius de eo feudo, vel etiã diuerſos iueſtitores dicerẽt ſe habere de eo: tũc corã iudice vel arbitro cã termĩari debebit: vt. ſ. de pace te. §. ſi duo. &. §. ſe. &. ſ. de. l. Corr. ſi aũt inter pares: nec vnus alterũ poterit ĩuitũ trahere ad iudiciũ curiæ, vel dñm: cũ vnũ ꝓducũt inueſtitorẽ. verũtamẽ ſi curia eũ vocauerit ter. tũc nõ poterit eius examẽ declinare: vt. ſ. ti. an apud iudicẽ vel curiã dñi qõ feudi terminari debeat. c. ex eo qđ. ſ. diximus. et. ſ. de iueſti. ĩmari facta. §. illud. et ſcđm hoc §. iſte nõ cõtradicit p̃dictis. c. ſed potius diuerſa ſũt, quã aduerſa. et de hoc dices ſcđm qđ in ſumma no. Sed qd ſi dñs nõvult cognoſcere: Rñ. tũc poterit vaſallus eũ facere cõpelli à maiori iudice ſub quo erit. arg. de arbi. l. j. &. iĩ. §. j. vel ẽt actor poterit alterũ cõuenire ſub iudice rei. Sed nũqd ab initio poterunt ipſi litigãtes ire ſub alio iudice, et nõ ſub dño, ſaltẽ ĩ cõcordia, ita q; ſnĩa ab alio iudice lata teneat: Vl nũqd tenebit ſnĩa tãq; à nõ ſuo iudice lata: Rñ. forte nõ tenebit: qm̃ Imperator voluit qđ dñi eẽt cognitio & determiatio iſtius cauſæ. ergo alĩs iudicibus videť phibuiſſe cognitionẽ, & vaſallis ne ad alios iudices irẽt. ar. ff. de cõdi. & demõ. l. cũ ita. Sed eſt arg. cõtra. ff. de iudi. l. cũ p̃tor *. & ar. C. de pac. cõuẽ. tam ſup do. l. fi. &. ff. de cõpẽ. l. qđ Labeo. ſi ergo cõtra fecerint, cõtra legẽ fecerũt. vñ nõ debet tenere qđ factũ eſt ipſo iure: vt. C. de leg. l. nõ dubiũ. nã qui nõ facit qđ debet, cõtra ius facere itelligiť. ff. de re. iu. l. q nõ facit. & arg. C. de Iudæ. et cęli. l. cęlicolarũ. in fi. & dñs in Euãgelio, Qui nõ eſt mecũ, cõtra me eſt. et alibi, q nõ ſeminat mecũ, diſpergit. vel dicas referre vtrũ p errorẽ iuerũt ad aliũ iudicẽ, an ſciẽter. in primo caſu nõ tenet, in ſecũdo ſic, prorogando eius iuriſdictionẽ: vt. ff. de iu. l. j. et. ĩ. et. C. de iu. om. iu. l. ĩ.

* alias, eſt de iuriſdic. omiudi. prætor.

g Cognitio. ſed in quo loco ſtabit ad cognoſcẽdũ: Rñ. vbi ipſe ſtatuere voluerit ſalua honeſtate ſua: & vbi maiorũ eius mos fuit cognoſcere inter pares ſuos, ſi eos habuerit. argu. ad hoc. ff. de iuſti. & iure. l. penul. in fi.

h Per pares curię. qui in cõcordia dñi & vaſalli eligentur: ſed ſi diſſenſerint in eis eligẽdis, tũc dñs primus eliget quẽ vel quos voluerit: & poſtea vaſallus ſimiliter faciet ſecũdũ numerũ à dño cõprobatũ: ita tñ, q; ille vaſallus nõ eligať, ꝓ pari inuito dño vel vaſallo, q fidelitatẽ dño nõ iurauit: vt. ſ. de cõtro. feud. apud pares termi. c. ſi inter dom. et hoc forte ea ratione, qm̃ debent ſub debito fidelitatis cõiurari à dño, ſecundũ qđ hic ſtatim ſequiť. & hęc vera ſi dñs habet pares, ſecũdũ quod diciť. ſ. prædi. c. ſi inter dñm. Si aũt non habet pares: tũc iudicis illius, q cõueniť, vel eius ī cuius fores eſt, erit cognitio: cũ actor debeat ſeq forũ rei. C. de iu. om. iudi. l. ĩ. &. C. vbi in rem actio ex. debe. l. fi. Sed qd ſi dñs nolt rñdere, cũ conueniť à vaſallo, vel vaſallus à dño: Rñ. tunc ꝓcedẽdũ eſt ſecundũ qđ diciť. ſ. de mili. vaſal. qui contu. eſt. c. dñs vocat militẽ. Cõſueuit q̃ri, in quo loco debeãt ſtare pares ad cognoſcẽdũ ĩter dñm & vaſallũ: ad qđ ita rñderi põt, vt in eo loco ſtare debeãt, de quo actũ fuerit ĩter dñm & vaſallũ: ſi autẽ nõ appareat, de quo actũ ſit, tũc ſtabũt in loco, in quo factũ fuit cõpromiſſum à partibus, & tunc poterũt pares iubere partibus, vt debeãt venire corã eis in quacũq; parte voluerint illius loci: dũ tñ facile partes in eũ locũ venire poſsint: nec ſit locus ihoneſtus, puta popina, vel lupanar. hoc ad exẽplũ arbitri: vt. ff. de arb. l. ſi cũ dies. §. ſi arbiter. ſed ſi pares nõ poſſẽt cõcordare de loco: tũc forte dñs poterit iubere eos adeſſe, vbivo luerit, ſalua honeſtate ſua: vt. ſ. no. eſt. & hoc ideo, qa maior iudex eſt inter eos: cũ ab initio debeat eos coniurare ſub debito fidelitatis: vt dictũ eſt. ſi autẽ nõ eſt locus cõprehenſus, in quo iudicare debeãt: tũc videať ille locus cõprehẽſus, quo ſolet iudicari ſine incõmodo litigantiũ. arg. ad hoc. ff. de iudic. l. ſi locus. Vel forte poſſet dici, qđ ſemper eſt domini electio, vbivo luerit cauſam ventilari: ſicut & alias habet primo electionẽ pariũ: vt dictũ eſt. & ad hoc eſt argu. ſ. de mi. vaſ. qui cõtu. eſt. cum ibi dicať, quod pares debeãt dominum adire, & eum ſalua reuerẽtia cõpetenter cogere &c. Vel dicas, quod dominus primo eliget vnum locũ, in quo primo cauſa incipiatur: & vaſallus eliget aliũ ſi voluerit, in quo viciſsim ventilabiť cauſa per terminos ſtatutos per ordinẽ, ſcilicet ſemel in vno, & poſt in alio: ſicut alias dominus habet primo electionẽ pariũ: vt dictum eſt, poſtea vaſallus: vt cauſa æqua lance trutineť. nec mirum, cum dominus debeat reddere vicem vaſ. de ĩjs quæ vaſ. tenetur domino præſtare: vt. j. de for. fide. in fi.

i Terminetur. & hæc vera ſunt, quæ dicunť in. §. iſto, quando quæſtio eſt de feudo inter do. & vaſ. vel ĩter duos vaſallos Quid ergo ſi inter dñm & alium qui non ſit vaſ. de feu. quæſtio eſt, vel inter vaſ. & aliũ: Rñ. tunc ab alio iudice ſub cuius iuriſdic. erũt, vel ſaltẽ res terminari debebit: vt. ſ. de pace te. §. ſi duo. &. §. fi. &. §. j. et. ſ. de le. Cor. c. ſi inter pares. cũ enim iſte caſus nõ ſit cõſuetudinibus comprehẽſus: merito lege ſcripta vti ſine calũnia poſſumus: vt. ſ. de cog. feu. c. j. vnde dicẽdum eſt, quod actor ſequatur forum rei.

k Sacramento. iurat ergo vaſallus domino fidelitatem, & ecõuerſo ita dominus vaſal. vicem reddere debet: vt in decre. xxĩ. quęſtio. vlt. de for. fide. in fi. &. xxiĩ. qõ. v. prodeſt. in medio. vbi dicitur ſicut dilectionẽ iuſsi ſunt terrentibus dare qui timent &c. Accurſius.

l Excipiatur. nunqd ſeipſum debebit excipere cum iurat fidelitatẽ contra omnem hominem: Rñ. nõ: quia non eſt in illa vniuerſitate. nã in generali ſermone non intelligitur perſona loquentis. arg. ff. communia prædio. l. quicquid.

Generalis locutio ꝓnoñ loquentis nõ cõprehẽdit.

TITVLVS LVI.

QVAE SINT REGALIAE.

a REgaliæ. subaudi sunt armandiæ.

b Angariarum. ãgariæ sunt personales præstationes: parangariæ ex quibus præstantur pecuniæ & operæ: & colligitur obscure. ff. de muner. & hono. l. munerum. ſ. patrimoniorum.

QVOT TESTES SVNT necessarij &c.

c Si vasallus. hæc lex in pauscis consuetudinibus inuenitur & ideo super eam dubito, sit lex vel non: vnde crica eam non insisto.

DE NOTIS FEVDORVM.

d Otãdum. Hic intitulatur de notis feudorũ: quia potius puto fore notas siue notulas super feudis factas quã debeant esse de textu consuetudinem: & hoc videtur probare ex eo quod quasi omnes approbantur per leges Romanas & Lom. vnde quasi glossulas eas reputo vsque ad si.

REgalię[a] armandiæ†, viæ publicæ, flumina nauigabilia, & ex quibus fiũt nauigabilia, portus, ripatica, vectigalia, quæ vulgò dicuntur telonia, monetæ, multarũ pœnarumq; compendia, bona vacantia & quæ vt ab indignis legibus auferuntur: nisi quæ specialiter quibusdã conceduntur: & bona contrahentium incestas nuptias, condemnatorum, & proscriptorum, secundum quod in nouis constitutionibus cauet: angariarum[b], parangariaram, & plaustrorum, & nauium præstationes, & extraordinaria collatio ad felicissimã regalis numinis expeditionem, potestas constituendorum magistratuum ad iustitiam expediendã, argentariæ & palatia in ciuitatibus consuetis, piscationũ redditus & salinarum & bona committentiũ crimẽ maiestatis, & dimidiũ thesauri in loco Cæsaris inuenti nõ data opera, vel loco religioso: si data opera, totum ad eum pertineat.

TITVLVS LVII.

QVOT TESTES SVNT NECESSARIJ ad probandum feudi ingratitudinem.

Ad probandum ingratitudinem delicti, quinque testes requiruntur idonei: opinionis integræ, & manifestè probantes. Bart.

Imp. Henricus Aug. vniuerso populo &c.

Si vasallus[c] inhonestis factis atq; indecentibus machinationibus domi num suum offenderit, insidijs que eum clandestinis vel manifestis appetiuerit, vel inimicis eius suas amicitias copulauerit, atq; in alijs sic versatus est, vt potius inimicus, quàm fidelis esse credatur, vel si eum cucurbitauerit, seu in campestri bello suum dominum reliquerit, feudo priuabitur. Quod non obtinere sancimus, nisi quinq; testibus summæ atque integræ opinionis probatum fuerit manifestè. Datum. viij. idus Augusti feliciter.

TITVLVS LVIII.

DE NOTIS FEVDORVM.

Notandum quòd moris est in fin. libri supponere regulas & aliquas conclusiones: idcirco autor huius operis quasdam notulas & regulas elicit concludendo per eas terminans opus suum. uide secundum Bald. conclusiones in qualibet materia feudorum. Bal.

Notandum[d] est in feudo, quod de cauena seu camera dicitur, nõ debere dari, nisi cùm sit in camera vel cauena, vnde solui possit. vel si ita euacuata sit cauena sine culpa promissoris, expectandum est, donec iterum de cauena, vel de camera dari possit. Dominum autẽ feudi dare posse intelligitur, omni ære alieno deducto. Non enim æquum est quem videre egentem, quam prius habuit in coniugẽ vel amicum. Quòd autem pares tantũ debeant interesse inuestituræ feudi, & non alij: hoc tunc verũ est cùm dominus vasallos alios habuerit. Aliqui adhibeat dominus: quos meliores poterit, liberos tamẽ: argumentatione legis de vltimis voluntatibus in Lõbarda, scilicet illa quæ dicit, Si quis donationẽ facere voluerit de suis rebus alicui vel inuestiturã: adhibeat sibi de parentibus suis (& per eandẽ legẽ iurant) duos testes idoneos vel tres vel plures. pluralis enim locutio duorũ numero contenta est. Item scindum est non esse impedimentũ inuestituræ, etsi inuestituram faciat de re, quam cõmunem dominus habeat cum aliquo: quia si sponte diuidere noluerit ille, cum quo habet rem communẽ, qui inuestiuit, potest cogere per iudicẽ ille, qui inuestitus est, vt diuidat. Item hæredes eius necesse habent tenere firmã inuestiturã, quam pater fecit. Item eadem lege & eodem iure debet habere rem iste, qui inuestitus est, quam haberet, qui eum inuestiuit, cum cohærede suo, scilicet vt adæquatio percurrat vsq; ad quadraginta annos. Itẽ inuestitura per se vel per suum nũtium dari & accipi potest. quæ omnia supradicta colligi possunt per supradictas leges Longobar. titulo de vltimis voluntatibus. l. si quis. &. C. com. l. j. &. ij. Idcirco pares necessarij sunt in instrumento inuestituræ, & non alij, nequid excogitetur falsitatis in perniciam domini, alijs testibus inductis, corruptis fortè pecunia, vel odio, vel gratia: quæ non sunt suspicanda in paribus. Si instrumentum diceretur falsum à domino: daretur defensio vasallo, qui instrumẽtum ad se deferret: vt in Lombar. qualiter quis se defen. di. l. de chartis. & auferetur domino, qui veritatem nouerit. & iniquum erit, si aliquis ex dono suo conueniatur. Domini est defensio ex ordine, cùm vasallus non possideat.

Notandum est, quòd de omni controuersia, quę inter dominum & vasallum oritur, si pares veritatem nouerint, omnino cogi debere à domino & paribus dicere veritatem. qui si dicant se nescire, cùm sciant, & vasallus postulet: dominus eos coget iurare, & veritatem dicere: vt. C. de testi. l. si quando. & in Lomb. vt iudex vnus &c. & in tit. qualiter quis se defen. de. l. si qualiscunque causa. & tit. de testi. vt quicunque. &. l.

vlti.Cùm datur domino defenſio de inueſtitura,quæ dicitur eſſe facta:iurare debet ſe inueſtituram non feciſſe.Cùm verò datur ſucceſſori eius,iurare debet ſe non credere inueſtituram factam eſſe ab anteceſſore ſuo. Si qua inueſtitura facta eſſe dicetur,ſemper debet nominare dominum,à quo inueſtitura facta dicitur:cùm multùm diſcrepet ſacramentum hæreditariũ à principali ſacramento.C.de re.cre.& iureiur.l.iij.& l.genetaliter.& vt habes de tutore, qui iurat quod credit,& exiſtimat:vt.C.de iura.ea.l.ij. De conſcientia enim ſua iurare debet,& non de alieno facto:cùm iniquum ſit aliquem iurare de alieno facto,hæres vel ſucceſſor,nec etiam filius:vt.ff.rerum amo.l.Marcellus. ſed contrariũ reperitur in Lombar.quia licet filius minorem virtutem habeat quàm pater:tamen debet præciſè iurare patrem ſuum non fuiſſe debitorem: vt in Lombar.qualiter quis ſe defendere debet l.ſi contigerit.

CONSTITVTIONES FRIDERIchi ſecundi imperatoris incipiunt.

TITVLVS I.

DE STATVTIS ET CONSVETVDINIBVS CONTRA LIBERTATEM eccleſiæ editis,& immunitate locorum religioſorum vbiq; morantium,& fori priuilegio,& Gazaris, & Patarenis, & aliis hæreticis, eorumque ſucceſſoribus, & nauigijs peregrinis,& aduenis quocunque locorum hoſpitantibus,eorumque ſucceſſoribus,& de agricolarum ſecuritatibus.

Friderichus Dei gratia Romanorum imperator ſemper Auguſtus marchionibus,comitibus,cunctisque populis,quos clementiæ noſtræ regit imperium,Salutem & gratiam.

IN die,qua de manu ſacratiſsimi patris noſtri ſummi pontificis recepimus imperij diadema, curauimus ad Dei & eccleſiæ ſuę honorẽ edere quaſdã leges, quas in pręſenti pagina iuſsimus annotari, per totum noſtrum imperium publicandas. Per imperialia vobis ſcripta pręcipiendo mandamus quatenus eas quiſque literas in ſuo diſtrictu irrefragabiliter & inconcuſsè ſeruet.& ſunt hę leges.

† Facit ad hoc Bart.dicés quod verbũ,libera facultas, plenè importat vt quis ſi liber ab omnibus regulis iuris ciuilis: vt in l.alio.ff. de ali.lega. dicit idem alibi, qd' verba prædicta important qp quis non tenetur ſequi arbitrium legis omni iuri.& in.l. fideicommiſſa.§.fi. ſuper verbo, quan quam de lega.iij.

AD decus & honorem imperij, & laudem Romani principis nihil omnino magis videtur accedere,quàm vt expurgatis quibuſdam erroribus:& iniquis quorundam ſtatutis penitus deſtitutis, decætero eccleſia Dei plena quiete vigeat,& ſecura gaudeat libertate. Sanè adeo infidelium quorũdã & iniuſtorum iniquitas abundauit,vt non dubitent contra apoſtolicam diſplinam & ſacros canones ſtatuta ſua confingere contra eccleſiaſticas perſonas & eccleſię libertatem †. Cúm ergo diſpoſitione diuina fauente nihil velit eccleſia(quę nihil debet præter bonum appetere)quod nobis eodẽ concurſu & eadem non placeat voluntate.

NOs Friderichus Romanorum imperator ſemper Auguſtus hac edictali lege irritamus & irrita nuntiamus omnia ſtatuta & conſuetudines,quæ ciuitates,vel loca, poteſtates, conſules, vel quæcunque alię perſonæ contra libertatem eccleſiæ vel eccleſiaſticas perſonas edere,vel ſeruare aduerſus canonicas, vel imperiales ſanctiones præſumpſerint:& ea de capitularibus ſuis mandamus intra duos menſes poſt huius publicationem edicti penitus abolere:& ſi decætero ſimilia attentauerint, ipſo iure decernimus eſſe nulla,& eos ſua iuriſdictione priuatos,ſuperiori protinus applicanda:necnõ locum,vbi deinceps talia præſumpta fuerint, banno mille marcharum pręcipimus ſubiacere: poteſtates verò, conſules, rectores, ſtatuarij, & ſcriptores dictorum ſtatutorum, necnon & conſiliarij locorum ipſorum,qui ſecundum ſtatuta, vel conſuetudines memoratas iudicauerint,ſunt extunc ipſo iure infames, quorum ſententias & actus alios illegitimos præcipimus aliquatenus non tenere.Quòd ſi per annũ huius noſtræ conſtitutionis inuenti fuerint contẽptores:bona eorũ per totum noſtrum imperiũ mandamus impunè ab omnibus occupari:ſaluis nihilominus aliis pœnis cõtra tales in generali concilio promulgatis. Item nulla poteſtas vel perſona publica vel priuata collectas ſiue exactiones, angarias vel parangarias eccleſijs, vel aliis pijs locis aut eccleſiaſticis perſonis imponere,aut inuadere bona eccleſiaſtica præſumant.quod ſi fecerint,& requiſiti ab eccleſia vel ab imperio emendare contempſerint, triplum refundãt:& nihilominus banno imperiali ſubiaceant:quod abſque ſatisfactione debita nullatenus:remittatur.Item quæcũq; cõmunitas vel perſona per annum in excommunicatione facta propter libertatem eccleſiæ perſtiterit, ipſo iure imperiali banno ſubiaceat: à quo nullatenus extrahatur,niſi prius ab eccleſia abſolutus fuerit. Item ſtatuimus,vt nullus eccleſiaſticam perſonam in criminali quęſtione vel ciuili trahere ad iudicium ſeculare pręſumat contra conſtitutiones imperiales & canonicas ſanctiones. quod ſi fecerit,actor à iure ſuo cadat, & iudicatum non teneat:& iudex ſit extunc iudicandi poteſtate priuatus.Statuimus enim, vt ſi quis clericis,vel perſonis eccleſiaſticis iuſtitiam denegare præſumpſerit, tertiò requiſitus, ſuam iuriſdictionem amittat. Gazaros,Patarenos, Lenoniſtas,Speroniſtas, Arnaldiſtas, Circunciſos,& omnes hæreticos vtriuſque ſexus,quocunque nomine cenſeantur, perpetua damnamus infamia,diffidamus atque bannimus:præcipientes,vt bona talium confiſcentur: nec ad

eos

eos vlterius reuertatur:ita quòd filij ad ſucceſſiones eorum peruenire non poſsint: cùm longè grauius ſit æternam, quàm temporalẽ offendere maieſtatem. Qui autem inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi ad mandatum eccleſiæ,iuxta conſiderationem ſuſpicionis,ac qualitatem perſonæ,propriam innocentiam cõgrua purgatione monſtrauerint, tanquam infames & banniti ab omnibus habeantur: ita quòd ſi ſic per annum manſerint,extunc eos ſicut hæreticos condemnamus. Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro,vt poteſtates,conſules,ſeu rectores,quibuſcunq; fungantur officijs,pro defenſione fidei præſtent publicè iuramentum, quòd de terris ſuæ iuriſdictioni ſubiectis vniuerſos hæreticos ab eccleſia denotatos, bona fide pro viribus exterminare ſtudebunt, ita quòd amodo quandocunq; fuerit quis in poteſtatem,ſiue perpetuam, vel tẽporalẽ aſſumptus,hoc teneat capitulum iuramento firmare: alioqui nec pro poteſtatibus,nec pro cõſulibus habeantur: & eorum ſententias irritas extunc decernimus,& inanes. Si verò dominus temporalis requiſitus & admonitus ab eccleſia, terrã ſuam purgare neglexerit ad hæretica prauitate: poſt annum à tempore admonitionis elapſum, terram illius ipſis exponimus catholicis, occupandam:qui eam exterminatis hæreticis, abſq; vlla cõtradictione poſsideant, & in fidei pietate conſeruent, ſaluo iure domini principalis: dummodo ſuper hoc nullum præſtet obſtaculum,nec aliquod aliud impedimentum opponat. eadem nihilominus lege ſeruata contra eos, qui non habent dominos principales Credentes præterea,receptatores, defenſores & fautores hæreticorum bannimus, firmiter ſtatuentes, vt ſi poſtquam quilibet talium fuerit ab eccleſia excommunicatione notatus, ſatisfacere contempſerit intra annum,extunc ipſo iure ſit factus infamis,nec ad publica officia ſeu concilia vel ad eligendum aliquos ad huiuſmodi,neque ad teſtimonium admittatur: ſit etiam inteſtabilis,vt nec teſtandi liberam habeat facultatem,nec ad hæreditatis ſucceſsionem accedat. Nullus præterea ei ſuper quocunque negotio, ſed ipſe alijs reſpondere cogatur. Quòd ſi fortè iudex extiterit, eius ſententia nullam habeat firmitatem:nec cauſę aliquę ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus,eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio,iuſtrumenta per eum cõfecta,nullius penitus ſint momenti. Nauigia quocunq; locorum peruenerint ſi quo caſu contingenti rupta fuerint, vel aliter ad terram peruenerint:tam nauigia ipſa, quàm nauigantium bona illis integra reſeruentur,ad quos ſpectabãt, antequam nauigium illud periculum incurriſſet, ſublata omniũ locorum penitus conſuetudine,quę huic aduerſatur ſanctioni:niſi talia ſint nauigia, quæ piraticam exerceant prauitatem,aut ſint nobis vel Chriſtiano nomini inimica. Tranſgreſſores verò huius noſtræ conſtitutionis,bonorum ſuorum publicatione multentur: & ſi res exegerit,eorũ audacia iuxta mandatum noſtrum modis alijs compeſcatur. Omnes peregrini & aduenæ liberè hoſpitentur vbi voluerint, & hoſpitati, ſi teſtari voluerint, de rebus ſuis ordinandi liberam habeãt facultatem,quorũ ordinatio inconcuſſa ſeruetur. Si qui verò inteſtati deceſſerint, ad hoſpitem nil perueniat: ſed bona ipſorum per manus epiſcopi loci tradantur hæredibus, ſi fieri poteſt:vel in pias cauſas erogentur. Hoſpes verò ſi aliquid de bonis talium contra hãc cõſtitutionem noſtram habuerit, triplum epiſcopo reſtituat,cui viſum fuerit aſsignandum, non obſtante ſtatuto aliquo ſeu conſuetudine ſeu priuilegijs,quæ hactenus contrarium inducebant. Si qui autem contrà præſumpſerint,eis de rebus ſuis teſtandi interdicimus facultatem: vt in eo puniantur,in quo deliquerint: aliàs prout culpæ qualitas exegerit puniendi. Agricultores & circa ruſticitatem occupati, dum villis inſident, dum agros colunt, ſecuri ſint quacunque parte terrarum,ita, vt nullus inueniatur tam audax,qui perſonas vel boues, agrorum inſtrumenta,aut ſi quid aliud ſit, quod ad operam ruſticalem pertinet, inuadere, capere, aut violenter auferre præſumat. Si quis autem huiuſmodi ſtatutum auſu temerario violare præſumpſerit:in quadruplum ablata reſtituat, infamiam ipſo iure incurrat, imperialia animaduerſione nihilominus puniendus. Nos verò Honorius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei has leges à Friderico Romanorum imperatore filio noſtro chariſsimo pro vtilitate omniũ Chriſtianorum editas laudamus, approbamus, & confirmamus,tanquam ineternum valituras. & ſi quis auſu temerario,inimico humani generis ſuadente,quocunque modo has infringere tentauerit: indignationem Dei omnipotentis & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ſe noueritincurſurum.

Finis.

EXTRAVAGANTES CVM APPARATV SIVE GLOSSIS DOmini Barto. quas nõnulli xj. collationem appellant, feliciter incipiunt.

TITVLVS. I.

QVOMODO IN LÆSÆ MAIESTAtis crimine procedatur[a].

QVOMODO IN LAESAE *maieſtatis crimine procedatur.*

Iſte titulus eſt magiſtraliter poſitus cauſa commodioris allegationis, &

Henricus ſeptimus diuina fauente gratia Romanorum imperator ſemper

aduertendum est, quòd liber authẽticorũ diuisus est in nouẽ collationes, post ea superuenit liber feudorũ, quẽ. x. collationẽ uocamus[a] postea superuenerũt istæ constitutiones, quas undecimã collationẽ appello: ipsasque glossare molui ego Bartolus de Saxo ferrato ciuis Perusinus, ut multa utilia, quæ in eis sunt, omnibus innotescerẽt. & etiam ad laudem diuinæ recordationis domini Henrici imperatoris. iparũ constitutionum auctoris aui illustrissimi domini, domini Caroli quarti Romanorũ imperatoris nunc regnantis, cui debito fidelitatis adstringor: quia me suorũ õciliariorũ & domestico rum[b] numero aggregauit, & me, meosque posteros quos legum doctores esse contigerit, legitimationis & concessionis ueniæ ætatis, alijsq; priuilegijs & gratijs decorauit. In nomine igitur Dei omnipotentis ad laudem & reuerentiã præfati domini imperatoris suique aui, & studentium utilitatem glossaui eas ordine infra scripto, suppõnens quicquid per me dicetur correctioni cuiuslibet melius sentientis. & quia textus est breuis: nullus me de glossarum longitudine inculpet. sunt enim multæ glossæ, ex quibus hæc collatio multo utilior redditur. Barto.

a In hoc tamen esset stãdum communi denominationi vtentium Alu. in prælu. feudo. in. iiij. col.

b Idem multum familiarium. Ioã. de Plat. in titu. de dome. & pfect. li. xij.

Augustus.

Dreprimẽdum[a] multorũ[b] facinora, qui ruptis[c] totius debitæ[d] fidelitatis[e] habenis[f], aduersus Romanum imperium, in cuius tranquilitate[g] totius orbis[h] regularitas requiescit: hostili animo[i] armati conantur nedum humana, verum etiam diuina præcepta, quibus iubetur, quòd omnis anima Romanorum principi sit subiecta[k], scelera tissimis facinoribus[l] & assiduis rebellionibus[m] demoliri: ne ex eorum absentia[n], in detestando læsæ maiestatis crimine processus à sententia

d Vide glos. in prag. sanctio. in proœmio in verbo dei. & la. in. l. cunctos populos. C. de sum. trini. & fi. catho.

a Dreprimendum. Primo ponit causam legis cõdendæ. secundo statutũ generale in ordine procedendi in crimine læsæ maiestatis. Tertio statutum speciale in modo procedẽdi contra contumaces. Quarto ponit clausulã derogatoriam. Quinto declarat, ad quos casus extẽdat. Sexto quo tẽpore sumat vigorẽ.

b Multorum. sed cum multis grassantibus iudici à lege antiqua concedatur arbitrium, vt possit pœnas agere: vt. ff. de pœ. l. aut facta. §. fi. & no. ff. de inf. l. qd ergo. §. pœna grauior. ideo hoc casu hæc. l. necessaria non videtur. Sol. antiqua iura dabant arbitrium iudici imponendi pœnam maiorem maleficio liquidato. hæc de nouo statuit circa modum liquidandi dans potestatem. & hæc, scilicet consuetudo delinquendi dans potestatem. & hęc scilicet multitudo deliquentium est causa finalis legis condendę: vt. j. dicam.

c Ruptis. determinat verbum conantur, quod est. j. nec resoluitur in conditionem: quia determinat verbum præsenti, vel pręteriti temporis. secus si esset verbum futuri temporis, vel respiceret futurum tempus: vt. l. à testatore. ff. de cond. & demon. & de vsu. l. euictis. quod tractaui. ff. de condi. & demon. l. j.

d Debitæ. iure diuino & humano: vt. j. dicetur.

Fidelitas triplex.

e Fidelitatis. Quædã est fidelitas, quæ debeꝛ ꝓximo. s. nõ offendere eũ, nec ei insidiari. ff. de iust. & iur. l. vt vim. nõ autẽ teneꝛ eum defendere: vt no. ff. de reg. iur. l. culpa caret. Alia est fidelitas quæ debetur patri, quẽ quis etiam tenetur defendere verbo: quia debet patri indicare, quæ cognoscit contra eum: vt. ff. ad. l. Põp. de parri. l. j. in fi. & l. seq. debet etiam ei reuerentiam: vt in titu. de obsequijs. non autem reperio, quod quis teneatur patrem defendere facto. s. opponendo se, vel simili modo. Tertia est fidelitas maior qua quis tenetur domino suo: quem nõ solum tenetur nõ offendere, sed indicare verbo, & defendere facto: vt. x. col. de fo. fideli. c. j. & de no. fi. for. c. j. Ista debet quis princi. s. non offendere, & si sciuerit indicare. quod patet: quia cõscij etiam tenentur: vt. C. ad. l. Iul. maie. l. quisquis. in fi. tenetur defendere eum. ff. de re mili. l. omne delictum. §. fi. vere ergo hic dicitur totius: quia tota fidelitas debetur principi. Est enim Deus in terris. C. de sacrosan. eccle. l. iubemus nullam nauem. & ibi no. de eo scriptũ est Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis.

c Quæ fideliras & qualiter debeat haberi in principe: vide plenè Ias. in. l. j. ff. de pa.

f Habenis. sicut enim per habenas equus recte ducitur: ita per fidelitatem[c] ducitur subditus à dño: quæ fidelitas habet duas habenas. s. in faciendo q̃ fieri debent, & nõ faciendo quę fieri nõ debent: vt modo dixi. quæ duo præcepta sunt duæ habenę ꝑ quas homo subditus ita dicitur sicut equus, & alia animalia ducuntur per habenar: & ita per ista duo præcepta homo ducitur & pacificus fit sicut equus per habenas, quas timet. & fuerunt hæc duo præcepta facta primis duobus parentibus: super quibus pendẽt leges & propheꝛę: & super quibus totum vtriusque iuris corpus fundatũ est: vt no. ff. de iusti. & iur. l. j. & ideo bene dicit habenis.

g In tranquillitate. hoc patet. nã cũ imperium fuit in statu & traquillitate totus mundus fuit in pace & traquillitate: vt tempore Octauiani Augusti: cum autem imperium fuit prostratum: insurrexit dira tyrannis. & hæc fuit huius opusculi causa fi.

h Totius orbis. contra: quia maior pars mundi non obedit prncipi. Sol. illud de facto: sed de iure secus[d]. simile habemus de Daniele. ix. c. vbi de Nabuchodonosor, qꝛ erat vniuersalis Imperator, sic ait, Tu rex regum es: Deus cæli regnũ fortitudinem gloriã & imperiũ dedit tibi, et omnia, in quibus habitarent filij hominũ bestias agri & volucres cæli dedit in manu tua: & sub ditione tua vniuersa constituit. & intelligendum est de iure: qa de facto nõ obediuerũt sibi oĩa, vt legiꝛ in chronicis: vt in. d. c. p. l. gl. Itẽ cõtra: qa in terris ecclesiæ nullam habet iurisdictionẽ: vt in. c. pastoralis. extra de reiu. in cle. Sol. ecclesia habet ex donatione pincipis etiam eius, q hãc legẽ cõdidit: vt in. c. j. extra de iureiur. in cle. vñ ipse princeps habere videtur: vt in. l. j. §. oĩa em̃. C. de vete. iu. enu. vel licet[e] alicuius ptículę dominiũ nõ sit suũ: tñ verũ est, qꝺ hic diciꝛ: sicut diciꝛ dñs gregis etiã si vnũ pecus non sit suũ: vt. ff. de rei vẽ. l. ij. & ij. & per hoc patet, qꝛ imperator recte diciꝛ dñs mũdi. s. vniuersalis: licet singulares sint dñi prædiorũ suorũ: vnde à possessore ipse posset vendicare mundum: vt. l. bene à Zenone. C. de quadri. prescri. & ff. ad. l. Rhod. de iact. l. deprecatio. nec opus est, qꝛ dicamus qꝛ oĩa sunt sua quo ad protectionẽ &c. vt no. in cõstitutiõe. ff. in prin. qa imo vere oĩa sunt ipsius, si vniuersaliter cõsideꝛ. Vel tertio[f] ihærẽdo opinioni sanctę ecclesię: primo fuit imperiũ Babylonis. secundo fuit imperiũ Persarum & Medorum. tertio fuit imperiũ Græcorũ. quarto fuit imperiũ Romanorũ. vltimo aduenięte Christo istud Romanorũ ĩperiũ cœpit esse Christi imperiũ: & ideo apud Christi vicariũ est vterq; gladius. s. spiritualis & tpalis. Christus em̃ est lapis abscissus sine manibus: cuius regnũ nõ dissipabiꝛ: de quo prophetauit Daniel. ĩ. d. c. ix. vbi hęc oĩa imperia describũꝛ exp̃sse. dic ergo, qꝛ añ Christũ imperiũ Romanũ depẽdebat ad eo solo: & imperator recte dicebaꝛ, qꝛ dñs mũdi est: & qꝛ oĩa eius sunt. post Christũ vero oẽ imperiũ est apud Christũ & eius vicariũ[g] & trãsferꝛ ꝑ papã ĩ principẽ secularẽ: vt extra de elec. c. venerabilẽ. vñ si dicimus, oĩa sunt imperij Romani, quia tunc Christi: verũ est, si referamus ad ꝑsonã Christi. si vero referamus ad ꝑsonã imperatoris secularis: nõ proprie diciꝛ, qꝛ oĩa sunt sua, vel sub sua iurisdictione: quia nõ terræ ecclesiæ. Illas em̃ sibi reseruat papa: in quo principaliter est imperiũ. in hac ergo cõstitutione si se retulit ad imperium. vel si se retulit ad personam suam: locutus est caute. non enim dicit: quod totius orbis iurisdictio sit sua: sed quod totius orbis regularitas in eo requiescit. nam & terras ecclesiæ ipse habet certo modo regulare, scilicet defendendo eas, & seruando in deuotione ecclesiæ: vt iurauit in. c. j. extra de iureiur. in cle. & hoc pro nunc tranſitorie dico: quoniam opus per se requirit quæ dico: quare sic credo tenere ecclesiam: sic credo imperatorem sentire: & si male hoc, vel aliud intelligerem, sum paratus corrigere.

d Vide glos. in prag. sanctio. in proœmio in verbo dei. & la. in. l. cunctos populos. C. de sum. trini. & fi. catho.

e Istam solutionem sequitur Ia. in. l. cũctos populos C. de summa tri. & fide catho.

f Istã sequuntur. Ia. & Alua. in. c. j. qs dicatur Dux Marchio.

g De electione & coronatione imperat. vide plenè Aluar. in dic. ca. j. quis dicatur dux &c.

i Hostili animo. id est, nil debentis subiectionis & reuerentię, secundum. Hug.

k Subiecta. ad Romanum. xiij^ca. sed ibi non dicit Romanorũ principi, sed potestatibus sublimioribus. Sed de illo intelligendũ est sub quo Christus voluit nasci & crucifigi. hoc imperium ecclesia approbat &c.

l Facinoribus. i. conspirationibus in malã partem: vt not. ff. de publi. l. quantæ. & facit. C. ad leg. Iul. maie. l. quisquis. in prin.

m Rebellionibus. quid sit, dicitur. j. l. proxi.

n Absentia. hucusq; posuit causam impulsiuã. i. vnã causam finalẽ seu rationẽ legis cõdẽdæ nunc ponit aliam: hoc modo. Primo quomodo tẽpore factæ legis multi conabanꝛ cõtra imperatorẽ. & hęc fuit cã ĩpulsiua legis, non finalis, qꝺ patet: quia cum lex ista sit vniuersalis & perpetua, cũ & futura facta respiciat: illa facta præsentia vel futura non sunt eius causa finalis: tendit enim ad alium finem, sic. ff. de post. l. j. §. sexum. & in authẽ. de nõ alie. in prin.

in prin.col.ij.& in oĩbus legibus relatis ad ſingulas pſonas,quæ tamẽ vniuerſaliter intelliguntꝫ:vt in.j.conſti.C.in fi.&.ff.de legi. l.non ſingulis.& ideo ſi iſta cauſa ceſſaret,quia non eſſent multi, ſed pauci ſic delinquentes,non ceſſarẽt leges:vt in.d.§.ſexum.& patet ex hac lege,quæ loquitꝫ etiã qñ vnum proceditur, & quocunque caſu ſub crimine læſæ maieſtatis.& ſi in aliqua lege vniuerſali, vel communi vel municipali poneretꝫ aliqua cauſa impulſiua,nõ poſſet opponi, qđ illa cauſa nõ ſit vera: qa nõ nocet:vt.C.de fal.cau.adiec.l.j.& de condi.& demon.l.cum tale. §.falſam.& patet ex prædictis.ſecus ſi princeps aliqd particulariter reſcriberet:quia tũc factũ vnicũ ſub quo ſcribitur, poſſet eſſe cauſa finalis reſcripti:vt.C.ſi cõtra ius vel vti.pu.l.pręſcriptiõe. & de diuer.reſcri.per totũ.Idẽ ſi ciuitas,vel ordo decurionũ aliquid ſpecialiter ordinaret ſup quodã facto nõ vero:eſſet enim decretũ ambitioſum:vt.ff.de dec.ob or.fa.l.ambitioſa. Poſuit eñ vnam cauſam finalem imperator ſeu rationẽ legis cõdẽdæ,dum dixit,ad reprimendũ multorũ facinora.Iſta enim nota vniuerſalis perpetua & futura reſpicit:& eſt finis ad quem tendit imperator:& hoc apparet ex natura gerũdñ:quæ eſt, vt cum ponitur in accuſatiuo,ſignificet cauſam finalem.ff.de dolo.l.j.§.j.in definitione doli,& de tutel.l.j.in definitione tutel.&.ff.ad exhi.l.iij.§. j.licet qñꝫ ſignificet modũ.l.quibus diebus.§.j.ff.de condi.& demon.ſed certe ille modus nõ eſt cauſa finalis ibi.ſed modus appellatꝫ,qñ cõtineꝫ onus explicandum ab eo ad quem refertur:vt ibi dixi.Idẽ ſi ponatur in genitiuo caſu cum hac dictione cauſa, vel cũ hac dictione animo:vt.ff.ad.l.Cor.de ſic.l.j.in princ.& in §.j&.ñ.&.C.eo.l.is qui cum telo.nunc autem imperator ponit alias duas cauſas finales.ſ.ne ꝓceſſus vel ſententia retardeꝫ. Item ne talia malificia remaneant impunita.Sed cum in.l. ſint plures cauſæ finales,an requiratꝫ ꝙ oẽs cõcurrant:gl.extra de reſcri.c.ñ. aut quælibet cauſa per ſe ſufficiens ad producendum effectum, & ſufficeret vna:& tũc cõiuncta ponitur pro diſiũcta: vt.l.ſępe. ff.de de verbo.ſig.alias requiritur concurſus omniũ:qđ verũ eſt qñ in.l.ponũtur plures cauſæ:hoc eſt plura facta,ex qbus debet ſequi iuris effectus.Tunc eñ de facili cognoſciꝫ,an quolibet factum de per ſe ſit ſufficiens ad productionem effectus iuris:cum ius certũ ſit:vt.l.ñ.ff.de iur.& facti ign.Sed qñcũqꝫ in.l.ponunꝫ plures cauſæ,hoc eſt plures finales effectus,qui ex lege ſequi ſperantur:vt in.l.iſta.& tũc an oẽs requiranꝫ,eſt dubiũ. ſed qñ illi effectus ſunt ſeparati & diſtincti,ſufficit alteram ex illis cauſis adeſſe:vt inſti.de nup.§.affinitatis.& not.ff.de ñs,ꝙ nos.infa.l,liberorum.§.j.& de priui.cre.l.ſi ventri.§.in bonis.Sed ſi ille plures cauſæ & plures effectus tendunt ad idem:& tunc ſi vna cauſa ponitur vt ratio:alia vt ratio rationis.vel vna ponitꝫ tanqꝫ maior:altera vt minor ad probandum idẽ:tunc vtraqꝫ requiritur.ff.ſolu. ma.l.j.& de peti.hære.l.ſed ſi lege.§.item ſi rem.& hoc apparet hic.nam prima ratio ſeu cauſa finalis eſt maior propoſito: aliæ duæ quælibet per ſe facit minorem,hoc modo dicit imperator, Nos intendimus ad reprimendũ multorum facinora.&c.ſed iſta reprimuntur,ſi ſententia & proceſſus nõ retardentur:ideo ſtatuit, ꝙ procedi poſſit contra abſentes.Alio mõ cõiungitꝫ & cũ ſecunda cauſa.Tertia eſt,ſi coniungitur cum prima,intendimus ad reprimendum talia facinora.Sed iſta reprimentꝫ,ſi nõ remanebunt impunita:ideo ſtatuit,ꝙ poſſit ꝓcedi ſummariæ & de plano:vt ei videbitur.& ſic facilius inueniatur.prima ergo cauſa generalis eſt,& reſpicit vnũ effectum cũ qualibet earum: & illę reſpiciunt ſeparatos effectus:vna ne retardeꝫ,alia ne punitio extinguaꝫ: & habet locum ſiue procedaꝫ cõtra abſentem,ſiue cõtra præſentẽ: vt.j.patebit.& non extenditur hæc lex ad alium caſum ex identitate rationis:quia cõtra ius cõmune eſt:vt.l.quod contra.ff.de legi.vnde non tolliꝫ,niſi quatenus exprimiꝫ.C.de appe.l.pręcipimus.in fi.regulariter enim omnis cã requirit plenã cognitionẽ: vt.C.de iudi.l.iudices.& regulaiiter in cauſis capitalibus non poteſt abſens condẽnari.colligiꝫ autẽ ratio legis diuerſimode.nam quædã ſunt leges declaratiuæ:& ratio illarũ eſt regula iuris pręcedẽtis:vt patet fere per omnes leges iuriſconſultorũ: maxime i d.§.item ſi rem.&.ff.de verbo.obliga.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.et quaſi per omnes.& illa proprie dicitur ratio. Quædã ſunt leges mere poſitiuæ quia ad illud nulla ratio iuris antiqui vrgebat:& tunc ratio ex ipſa lege ſumiꝫ,vel eius præfatione,ſi in ipſa exprimatur:vt hic,&.ff.de hære.inſti.l.fi.& ad Macedo.l.j.& iſta porrius appellatꝫ cauſa finalis,quã ratio legis,vt.l.cũ pater.§.dulciſſimis.ff.de leg.ñ.& de cõdi.& demõ.l.illis libertis.& de iur.pa.l.

Cauſam finalem denotat gerundiũ poſitum cũ accuſatiuo.

retardentur[a], & tanti ſceleris nefanda temeritas remaneat impunita[b]: hac edictali [c] Deo propitio perpetuo valitura lege ſancimus,vt in quocunqꝫ[d] læſæ maieſtatis crimine,& maxime[e] vbi contra Romanorũ imperatores[f], vel reges [g] aliquid,quod dictũ tangat[h],aſſeratur[i] cõmiſſum, poſsit [k] ꝓce-

adigere.§.cuius.fina.ergo intentio legis eſt ratio:qua ceſſante ceſſat lex:vt.d.ll.vbi vero ratio non apparet, debemus propriæ ſignificationi verborum ſtare:vt.ff.de exer.l.j.§.is qui nauem.cũ ſimilibus.Accurſius.

a Retardentur.ſic.C.de pœnis.l.nã diu.&.l.correis. Et ſubaudi, ne. & ſic ſunt duæ rationes.

b Inpunita. vt.ff. ad.l.Aquil.l.ita vulneratus.cum ſi.

c Hac edict. Hic incipit ſecunda pars, in qua ponit ſtatutũ generale.& in eo ponit ordinem procedendi tam contra præſentes quam contra contumaces.ex eo.quod dicit edictali,apparet quod eſt generalis:vt l.iij.C.de legi.&.j.dicit generalius.

d In quocunque.cũ enim lex Iul.maieſtatis[a] habeat multa capita:vt.ff.eo.l.j.ñ.iij.&.iiij.In quocunque crimine,cui competit aliquod dictorum capitum, habet locum hæc lex.

e Et maxime.hic præcedit genus[b].ſ.omne crimen quod incidit in.l.Iul.maie.addiꝫ ſpecies,qñ cõmittitur in imperatorẽ vel regẽ:& ideo nõ poniꝫ implicatiue cũ totũ ſit expreſſum: ſed ſignificat rationem in expreſsis legibus fortius vrgere.ſic.C.ne ſi. pro pa.authen.habita.ſed ſi genus non præcederet,tunc aut per conditionem maxime additur conditio,& tunc innuit idem eſſe in caſu cõtrario.ſ.conditione non exiſtente:niſi ratione cõtrarietatis euitãdę oporteat dici,quod dictio maxime,abundet,vt.C. de ma.teſta.l.fi.& ibi no.in gl.ſuper verbo maxime. ſed ſi per hanc dictionem adñciatur ratio,tunc indicat illam eſſe potiſsimam rationẽ,licet alia ſit ratio:vt.l.& ſi maxime.ff.de ſerui.leg.

f Imperatores.poſt coronationem &c.

g Reges.ante coronationem:vt extra de elec.venerabilem.et no.diligẽter,ꝙ ante coronationẽ habeꝫ:vt generalis dñs.ſi enim eſſet priuata perſona cõtra eũ,faciẽtes nõ inciderent in.l.Iul.maie.vt hic patet:& ſic poteſt adminiſtrare & dare priuilegia:vt extra de priui.c.ſuper quibuſdã.in cle.& de iureiurã.c.j.& ibi glo. & ſic ceſſat diſputatio Ia.de Are.quam ponit Cy. ĩ.l.bene a Zenone.C.de quadri.præſcri.poteſt etiã facere cõdẽnationes:vt patet ex literis domini Caroli imperatoris cõceſsis cõmuni Peruſñ: cum ego tunc apud ipſum legatione fungerer:vbi inter cætera ſic ait:omnes & ſingulas ſententias proceſſus & cõdemnationes multas & ordinationes per quoſcunque diuos Romanorum imperatores & reges prædeceſſores noſtros contra vos & ſingulas ciuitates communis & Peruſñ perſonas latas ſeu promulgatas tollimus & relaxamus. Poteſt etiã ante coronationem cenceſsiones aliorũ imperatorũ tollere & reuocare.quod patet ex aliñs literis eiuſdem imperatoris:vbi inter cætera conceſsit quædã & adiecit tãdiu,quãdiu per ſucceſſorẽ noſtrũ regẽ Romanorũ ſeu imperatorem non fuerit reuocatum.quę literę ſunt Peruſñ ſub bulla aurea.& prædicta vero poſtquam perſona eſt electa in Romanorum regem,& per ſedem apoſtolicam fueri approbata ante autem videtur tenere gl.in,d.c.j de iureiur.in cle.quod etiam electi in diſcordia poſſunt adminiſtrare.

h Tangat.q.d.non ſolũ ſi ipſum crimẽ cõmittitur.ſed ſi aliud quod ipſum tangat:hoc autẽ contingit qñꝫ per modũ antecedentis,vt mandatũ,conſilium,perſuaſio: de quibus plene[c] dixi ĩ l.non ſolum.§.mãdato.ff.de iureiur. qñꝫ per modũ inhærentis tempore quo delinquitur:vt auxilium & opem dare.de quo dixi in.l.in furti.§.ope.ff.de fur.qñꝫ per modũ conſequentis. vt in his qui præſtant conſilium ad euadendum,vt iu.l. C.de rapt. virgi.& dixi in.d.§.ope.vel receptatore:vt.C.de ñs qui Ia.l,j.& ff.de recepta.l.facit ad prædicta.ff.ad Turpil.l.j.§.incidit. &. C. de hęr.auth.credentes.qñꝫ per modũ alterius actionis:vt ſi quis nollet venire ad perhibendum teſtimonium cõtra reum de hoc crimine,facit aliquid quod tangit hoc crimen.& hic habet locũ hęc.l.& idem ſi faceret,vt reus captus euaderet[d]:vt.ff.ad.l.Iu.maie.l.ſi cuius.§.item qui confeſſum.facit extra de offi.& po.iu.deleg.c.j.& ibi per Inno.& eſt ſimile verbum extra de hære.ca. vt inquiſitionis officium.lib.vj.

i Aſſeratur.qñꝫ per gloſſatorem additur vt verum ſit:vt.ff. ſi qua pau.fe.di.l.j.in prin.& vi.bo.rap.l.ait prætor.in prin.alibi dicit gl.etiam ſi verũ non ſit:vt.ff.de do.l.j.in glo.ſuper verbo, diceretur.& iſtud placet[e] in his,quæ reſpiciunt modũ procedendi.vt hic.ſed in his quæ reſpicerent ſententiã & excutionẽ aliæ gloſ.procedunt.probatur.ff.de procu.l. qui omnia.verſi.plane.

k Poſsit.non ergo imponitur neceſsitas:& in cauſis ſummariis licet non ſeruetur ordo,& procedatur ſolenniter, non vitiatur proceſſus:vt extra de verb.ſig.c.ſæpe.in cle.

a Proprie tamen dicitur committi crimen læſ.ma. quando aliquid fit cõtra perſonã principis,vel contra eos,q ad eius latus aſſiſtũt,vel contra remp. ſecundũ Ioan. de Pla.in. §. j. inſtitu. de pub.iudi.

b Iſtam glo. reputat no. et eã ſequitur Ia.ĩ.l. qui ſe patris.in viij. col. C. vnde libe.

c Vide latius per Bar.Are. & Ia. l.j. C. de ſer.fugi.

d Vide tres pulchras limitationes ad iſtud dictum per Ia.in. §. pœnales. in xviij.co.inſt. de acti.

e Idem tenet Bar.& Bald. in.l. j. ff. de do.

Infames & ſerui quando q; ad accuſandum admittuntur.

Ius ex quo vindicta ſumitur duplex eſt.

a Per accuſationē. hoc ius cōmune eſt. ſed in hoc ſpeciale eſt, qđ ad accuſandum admittūť infames, ſerui, milites, mulieres. ff. ad. l. Iul. maieſta. l. famoſi. & in. l. in quæſtionibus. & accuſatio eſt nomē iuris. ſicut enim actio eſt ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debeť, inſti. de acti. in prin. ſic & accuſatio eſt ius perſequēdi vindictam pub. vt in ſti. de pub. iu. in prin. & ius ex quo ſumiť vindicta, eſt duplex, ſcilicet accuſatio, & officium iudicis. hoc autem officiū exercetur qñ per inquiſitionē ad alterius denuntiationem proceditur. Nā ſuper denuntiatione inquiritur: vt de cuſt. re. l. diuus. &. j. dicam. qñq; per inquiſitionem factā proprio motu iudicis. poteſt etiam ſumi accuſatio pro libello accuſatorio: vt. ff. de accuſa. l. ſi cui. ī princ. & ad Turpil. l. j. ſ. accuſationem. & illo modo ſumitur hic. Sed quæro, quid ſi accuſatio eſt inepte formata: an valeat beneficio huius. l. in hoc crimine? quod videtur: quia cū non ſit neceſſaria figura iudicij, ergo nec libellus, qui eſt de ordine & figura. & hoc videtur expreſſum extra de verb. ſig. c. ſępe. in cle. In contrarium facit: quia hic permittitur procedi altero de tribus modis. ſ. per accuſationē, denuntiationē, & inquiſitionē: & ſuper quolibet iſtorū permittitur procedi ſummarie & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij. vbi ergo per accuſationem pocedit: oportet accuſationē eſſe factā rite: vt. l. nō putauit. ſ. non quæuis. ff. de cōtra tab. alias ſi non eſt rite facta, nō eſt accuſatio: nec per eam delictum in iudicium deducitur: vt. ff. de adul. l. accuſaturus. & ad Turpil. l. j. ſ. accuſationē ibi, nulla erit &c. licet ille. ſ. faciat cōtra: quia eſt neceſſaria abolitio: vt ibi, & de accu. l. libellorum. ſ. ꝙ ſi libelli. ergo videtur accuſatio aliqua. Sol. licet accuſatio ſit nulla. tñ qualiſqualis eſt, ſaltem de facto: & ideo eſt neceſſaria abolitio: vt ibi patet. ſed hic requiritur, quod accuſatio ſit rite facta in forma ſua: vt ſuper ea poſsit procedi ſecundum formā huius. l. facit quod not. ff. de fur. l. ſi quis. ſ. j. Bart. de Saxo ferrato.

b Denuntiationē[a]. hoc ius eſt nouū. nā de iure cōmuni nō poteſt procedi per inquiſitionem, niſi in certis caſibus no. in. l. ij. ſ. ſi publico. ff. de adul. & ibi dixi, ꝙ quatuor ſunt regulæ, in quibus poteſt procedi. Prima per officiales donationū. l. diuus. ff. de cuſto. reo. &. C. de acc. l ea quidē. & de decu. l. j. lib. xñ. Secunda regula eſt propter incidentem cognitionem iuris. nā vbicunque iudex cognoſcendo principaliter reperit incidenter delictum eſſe cōmiſſum, poteſt de illo cognoſcere: vt hic eſt caſus, & in. d. ſ. ſi publico. &. C. ſi aduer. li. l. pe. & de condictio. ob turpem cauſam l. euitādi. & de calū. l. pe. Tertia regula ꝓpter p̄cedētē generalē in quiſitionē. nā vbicūq; iudex inquirēdo generaliter de malefactoribus reperit aliquē deliquiſſe, poteſt ad inquiſitionē ſpecialē deſcendere: vt. l. congruit. ff. de offi. præſi. & ad. l. Iu. pecu. l. iiñ. et in auth de col. ſ. iubemus. col. ix. Quarta regula eſt propter magnā offenſionem. vbicunq; enim crimen committitur coram iudice, iudex poteſt ſuper illo per inquiſitionē procedere: vt. C. de calū. l. j. & de teſti. l. nullū. & de prob. l. pe. & idē eadē ratione in omnibus delictis quæ cōmitterenť corā iudice. alias nō pōt procedi ꝑ inquiſitionē de iure commu. l. reſcripto. ſ. ſi quis accuſatorē. ff. de mune. & hono. Sed ſpeciale eſt hic, vt nulla ex prædictis regulis accedente poſsit procedi, vt hic. de iure canonico poteſt procedi per inquiſitionē p̄cedēte fama, vt extra de accu. c. qualiter & qñ. de ſimo. licet Hely. Sed tūc hoc eſt ſpeciale: qa ꝓcedi poſſet etiā fama nō p̄cedēte: vt hic patet: qa ſufficit quocūq; modo dicatur: & probať. j. l. ꝓxi. ibi, publice vel occulte. ſed cū in accuſatione requiranť ſolēnia accuſationis: vt. ſ. dixi, quare nō requirū tur ſolēnia inquiſitionis? Rñd ſolēnia accuſationis intelligo circa formā ipſius, vt dixi. ꝙ autē in inquiſitione p̄cedat aliquod p̄ dictorū: non de forma inquiſitionis: ſed eſt, vt aliquod antecedēs & proceſſus valeat. ſi nō opponať. extra de acc. c. j. lib. vj. ſicut teſtamentū eſt teſtamentū ſecūdum ſui formā, licet teſtator dicať filiusſa. vel ſeruus, vel qđ ſimile: vt. C. de edic. diui. Adria. tol. l. ij. ſecus ſi in ipſo deficeret hæredis inſtitutio. Sed an forma inquiſitionis ſit ſicut forma accuſationis? glo. inſti. de pub. iud. in prin. dicit quod non. Inno. idem extra de pur. ca. fi. Ia de but. inſtitu. de accu. in prin. dicit quod eadē forma & eadē ſolēnitas requiritur p̄terquā in inſcriptione ad pœnā talionis: qa cū locū accuſatoris ſubeat iudex, & inquiſitio loco accuſationis eiuſdē debet eſſe naturæ: vt. l. j. ſ. hæc actio. ſi qs teſta. lib. eſſe iuſ. fu. & hoc placet quantum ad hoc, vt inferatur locus & tempus eodem modo: quia nō debet in tanto crimine vagari: vt. ff. de iu iur. l. prætor edixit. in prin. & de dolo. l. idē exigit. facit: qa ſi idē delictum opponiť per modum exceptionis. l. ñ. ſ. j. ff. de doli excepti. & extra de elec. c. vt circa. lib. vj. dixi plene. ff. de except. l. j. nec obſtat extra de procu. c. fi. & quod ibi per Inn. quia ibi fit inquiſitio contra certā perſonā: tñ generaliter quo ad delicta. ſecus ſi fieret de ſpeciali delicto. Item accuſatio debet ī ſcriptis offerri: vt. l. libellorū. de accu. &. C. de lit. cōteſt. auth. offeratur. ſed cum inquiſitio nō offeratur iudici, ſed ipſe īquirat: nō eſt neceſſe, quod prius formetur in ſcriptis, & poſtea redigatur in actis. ex quo ſequitur, quod ſi in proceſſu nō apparet: qñ fuerit exhibita accuſatio, non valet cum ſit ſubſtantialibus: vt. d. l. libellorū. & not. C. de ac. l. in cauſis. Sed ſi non apparet dies inquiſitionis formatæ, nō vitiaretur proceſſus: quia dies quo quis citatur ſuper inquiſitione, vel dies quo reſpondit illi poterit dici dies formatæ inquiſitionis: cum iudex ſemper inquirat: ſed nō poteſt dici dies exhibitæ inquiſitionis, cū hoc non pertineat ad iudicem. multa alia dixi circa materiam inquiſitionis in. d. ſ. ſi de publico.

dí per accuſationē[a], inquiſitio nem[b], ſeu denuntiationem[c]

a Not. hic in quiſitionem accipi pro inueſtigatione facti: vt not. Anto. de cohab. cleri. & mulie. ca. veſtra. verſi. nota quod verbum. extra.

Iudex per inquiſitionē ꝓcedens eſt loco accuſatoris.

b Idem tenet Panor. in ca. nouit. ſ. xiiij. col. in verſic. nunc condeſcendo de iudic.

c Inquiſitionem. de iure antiquo non admittiť denuntiatio, niſi per officialem: vt. l. diuus. de cuſto. reo. &. C. de accu. l. ea quidem. &. ff. de offi. præfec. vrb. l. j. ſ. ſane. de iure canonico admitti tur denūtiatio p̄dēte charitatiua monitione: vt extra de iudici. c. nouit. & extra de ſimo. c. licet hely. hęc ergo lex introducit[b] nouum in hoc crimine: quia per denuntiationem factam à quocūq; poſſet procedi de officialis denūtiatione. & de iſta materia plene dixi. in. d. l. diuus. Sed de iſto denuntiatore priuato dico[c] ꝙ habet vim cuiuſdā mandatoris ſeu inſtigatoris. ideo deſiſtendo incidit in Turpil. vt. ff. ad Turpil. l. j. ſ. incidit. &. l. ab accuſatore. ſ. denūtiationes. eo. tit. & ſi deſiſtat denuntiator, impune iudex ex illa cauſa dimittit proceſſum, ſicut delator mandatore ſubtracto: vt ff. de iur. fiſci. l. res quæ. ſ. fi. quod eſt verū, ſi in procedēdo fuit nominatus denuntiator: alias ſecus. ff. de iur. fiſ. l. de eo. ergo hic poteſt procedi ad denuntiationē alterius denuntiante non nominato: vt. d. l. de eo. quia ex mero officio iudicis ꝓcediť. Itē cū in caſu illius. l. iſti tres modo procedendi ſunt æque auxilia ordinaria, puta quod ſi pendente inquiſitione ex officio, vel per denuntiationē ſuperueniat accuſator, nō debet recedi ab inquiſitione: cū ceſſet ratio quam ponit Dy. in regula, actus legitimi. de reg. iur. lib. vj. Et qđ ſi ex forma ſtatuti cōcediť, ꝙ iudex generaliter poſſit inquirere de crimine? de hoc dixi in. l. ſi maritus. ſ. fi. ff. de adu. & hoc de denuntiatiōe quę fit ad vindictā publicā. ad priuatā vero qñq; denuntiationem iudex procedit in his, q agere non poſſunt de iure: vt cū ſeruí à dominis opprimunť. ff. de ńs, q ſunt ſui vel alie. iur. l. ij. & de offi. præfec. vrb. l. j. ſ. quod autē. Itē ad denūtiationem patris vel patroni cōquerētis de filio vel de liberto: vt d. l. j. ſ. cū patronus. & de off. procō. & leg. l. nec qcquā. ſ. de plano. Itē quādo homines humiles opprimunť à poteſtate[d] vel eis aliquid aufertur: vel ab eis promiſsio vel cautio exigiť. vt. ff. de offi. præſi. l. illicitas. in prin. & quaſi per totā legem: & hoc ſentit Spec. in tit. de denun. ſ. quis denuntiare. & Ioā. And. in. c. nouit. extra de iudi. vbi dictas leges ſic intelligunt: quod eſt notandū quia ad boni iudicis officiū pertinet facta ei querela de prędictis ex officio eius procedere: cū tales per ſeipſos agere non poſſunt, vel nō audent: quod placet: quia interpretatione adiuuandū eſt, quod reipublicę vtilitatē continet. Eſt & alia denuntiatio priuata, quæ locum habet in foro eccleſiaſtico, inducta per legem euangelicam: vt. d. c. nouit. de iudi. quæ quotidiana eſt. & per eā multa, quæ ſunt iuris ciuilis remedio deſtituta, reparari poſſunt: ideo ea proſequor declarando quędā ab autoribus iuris cano. intacta. In hac enim requiriť, ꝙ qs primo moneat[e] aduerſariū ſuū, q peccat in eū, inter ſe & ipſum ſolū, dicēdo, ꝙ cū in eū peccet retinendo rē ad eū pertinētē, vel nō ſoluēdo ei tantā quātitatē ſibi debitam, ꝙ exeat de peccato, qđ ſi nō faciat, iterū dicat idē adhibito vno teſte vel duobus teſtibus. qđ ſi non faciat, tunc dicat eccle. & ſic ad forum eccleſiaſticū recurrat, petens ꝙ cū peccet talis in eum, & de tali cauſa requiſitus & monitus & prima requiſitione & ſecūda ſecūdū doctrinā & regulā euāgelicā, emēdari neglexerit, & exire de peccato in periculū animæ ſuæ, & etiam contra conſcientiā: implorat eius officiū, vt eū ad pœnitētiā cogat: vt ī d. c. nouit. ſuper hac denuntiatione offerť libellus[f]: lis cōteſtať: & ſentētia in ſcriptis fertur ſecūdū Ho. & Io. An. in. c. nouit. licet in dicta decre. dicatur, ꝙ ꝓcedatur de plano. qđ qđ importet. j. dicam. & cōtra perſonas ſic denuntiātes nō pōt opponi, ꝙ ſit infamis. ſi tñ ſit correctus de crimine, poteſt ſecundū Inno. & oēs. pōt autem opponi, ꝙ eſt criminoſus, ſeu in peccato mortali. qualiter enim moueť bono zelo ad correctionē alterius, q non eſt ipſe correctus? ſecundū Ber. & Inn. Sed Io. an. dicit[g], ꝙ in hoc genere denuntiationis, vbi proſequiť qs ꝓpriū intereſſe, admittiť etiā criminoſus, ſed ei ob. excōmunicatio vel alia expoliatio vel depredatio: vt in. c. cum dilectus. &. c. fi. de or. cog. & alia præiudicialis exceptio. quod dic, vt in. c. nouit. ſuper. vlt. glo. per eum. Contra ipſam denuntiationē opponiť, ꝙ pōt etiā haberi ſuper eo regreſſus ad

d Et idem ſi monachi vel conuerſi opprimerentur ab eorum ꝑlatis. Panor. vbi ſupra.

e Niſi iuſtus timor impediret monitionem: quia tunc poteſt ſine eā procedi. Antho. de But. & Pano. in. d. c. nouit.

f Idem tenet Panor. in. d. c. nouit.

g Iſta opinio placet Panormi. in. d. c. nouit. ſed Ant. ibi tenet [illegible]

ſus ad iudicē ſeculare, nā non debet iudex eccleſiaſticus eū indiſtincte admittere: qa nō, niſi indefectū iuſtitiæ, vel crimē ſui natura ſit eccleſiaſticū, vel ratiōe pacis vel iuramēti, vel qñ crimen eſt notoriū, vel quando non audiť in iudicio ſeculari, vel qa eſt obligatio naturalis tantū, vel qñ hāc proponit miſerabilis perſona & depreſſa: vt in.d.c.nouit.de iu.& de pact.qualiter. lxxvñ.diſt. per totū.& de foro compe.c.licet. vide ad hoc nota.per Ber.in.c. ex tenore per totum.alias ſi indiſtincte admitteretur, periret temporalis gladñ iuriſdictio, & oīs cā per hāc viā deferretur ad eccleſiam.& ita tenet Io.An.in.d.c.nouit[a].& hoc qđ dixi de obligatione naturali, tenuit Inn.in.d.c.nouit.ſed cū illud, quod deducitur pro Fa.vel Trebellianica, ſit naturale debitum: vt no.C.de iur. & facti igno.l.cū quis.&.ff.de condi.inde.l.j.& de reg.iur. l.cuius per erorē. ergo ille qui retinet, peccat mortaliter. & cōtra eū poſſet procedi per formā huius denuntiationis. ſed hoc videtur cōtra.ca.Raynutius.&.c.Raynaldus.extra de teſt.vbi papa pronuntiauit has quartas poſſe retineri. Sed dico [b], qđ ea quæ dicta ſunt de obligatiōe naturali, intelliguñ de naturali, qua qs teneť eo ipſo qđ qs locupletať cū aliena iactura: qa qđ alienū eſt, peruenit ad eū vt.l.nā.hoc natura.ff.de condi.inde.vel de ea naturali quæ originē habet ex cōſenſu: vt ex pacto nudo vel iureiur. interpoſito ab alio, cū à liberto: vt.l.iureiur.in prin.ff.de ope.li.& de fideiuſ.l.ſi quis pro eo.in prin. Idem puto de eo, qui promittit ei qui ſtipulať alteri: vt.l.ſtipulatio iſta.§.alteri. & de verb.obli. & quod ibi nota. ſecus de ea naturali, quæ à conſenſu non habet originem, vt in eo, qui ex maleficio obligať ad pœnā: vt.l.nō ſolum.§.j.ff.de iniur. In ꝓpoſito hæres dicitur teneri naturaliter, hoc eſt: habito reſpectu.ad principia iuriſgentiū: quo iure dicta quarte deductio nō erat inuenta.non autē ex conſenſu: qa teſtator nunc cū conſenſit, qđ ipſe oblgaretur: nec etiam hęres adeūdo hæreditatē, quia habuit vel habuiſſe præſumitur animum, qđ voluit vti beneficio legis. Item nil habet de alieno, quia legatarñ & fideicommiſſarñ certant de lucro nō autē petñr, quod ſuum eſt, vel fuit. Vel dic[c], qđ naturalis obligatio non ſubeſt in eo, quod per Falcidiam venit deducendum. ſecundum Pe. vt refert Cy. in dicta.l.cum quis.de iur.& facti igno. quod non placet: vt plene dixi in.l.j.ff.de condi.inde. Sed quid de obligatione, quæ tollitur præſcriptione? Rñ[d]. tunc auctor audiretur à iudice eccleſiaſtico per modum huius denuntiationis: quia ei denegaretur audientia in foro ſeculari. Sed tu dices, præſcriptione tollitur naturalis[e] & & omnis eius effectus: vt.l.fin.in princ.& per Dy.ff.rem ra.hab. & per Cy.in.d.l.cum quis? Rñ. tollitur omnis effectus eius ciuilis: non autē poteſt tollere naturalē obligationē, quā retinēdo incidit in peccatum mortale. ſed eo caſu quo præſcriptio tolleret naturalem ſecundū ea, quæ dixi in.d.l.ſi.in prin.ff.rem.ra.ha.tūc ceſſaret hæc denuntiatio. Quid de filiofa.tuto.exceptione Macedoniani: an poſsit conueniri hac denuntiatione, cum naturaliter & ciuiliter teneatur, licet obſtet exceptio: puto qđ nē[f]: qa hęc exceptio deſcendit ex delicto creditoris circa illud commiſſo: vt.ff. ad Maced.l.j.vnde pōt opponi. etiā denuntianti: vt.ſ.dictum eſt per Io.An.dum dicit, vel alia prę iudicialis exceptio. Idem puto in qualibet alia exceptione propter odiū vel delictum creditoris competente, vel doli, vel ſimilis facit de condi.inde.l.q exceptione. Sed ſi creditor non deliquiſſet, tunc ei iure cōmuni ſubueniretur: vt.ff.ad Mace.l.ſi quis patrē. Quid de mulere tuta Velliano? dico eam non poſſe conueniri hac denuntiatione: cū etiā ſoluens repetat ſecundum cano.extra de ſolu.c.ſi.& ibi not. licet enim teneatur naturaliter, tamen datur ei exceptio ęquitate prędicta naturali propter ſuam imbecillitatem & fragilitatem. vnde illa naturalis non habet efficaciam. Idem puto in pupillo, eo caſu quo obligatur naturaliter tm̄, vt nō poſsit cōueniri per viā huius denuntiationis, cū illa naturalis nō ſit efficax quod patet: qa quoties ille læderetur, etiā ſi ſoluiſſet, reſtituitur ex edicto de minoribus naturali æquitate inducto: vt.C.ſi aduer.ſol.l.ſi.&.ff.de.cōdic.inde.l.interdū.& de in integ.reſti.l.j.& idē dico in quocunq; caſu, ſi aduerſus ciuilē vel naturalē obligationem daretur reſtitutio. obligatio enim naturalis elidirur per exceptionem deſcendētem ex illa æquitate naturali: vt.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff. de pact.& ideo validior eſt obligatio naturalis ſola cui nulla obſtat exceptio, quā ciuilis & naturalis, cui obſtat exceptio: vt not. ff.de compen.l.quicunq;.nam per exceptionem etiā elidiť naturalis obligatio. Quid de tuto.exce.rei iu.quā glo.dicunt inductā magis ad rigorē iuris obſeruandū, quā ex æquitate: vt not.ff.de condi.inde.l.q exceptione.&.l.Iul.&.C.de iur.& fac.igno.l.cū qs? videť qđ cū eſſet ęqtas, & ſi naturalis nō elidať. vt.d.l.Iul. poſſit cōueniri per viā huius denuntiationis: quia peccat mortaliter. contra, imo non eſt locus huic denuntiationi [g]: quia licet peccet mortaliter, nō tamē poteſt cognoſci per ſententiā, cū ſemel ſit cognitum: vt.l.ſi quis, cū totū.§.plane.ff.de excep.rei iudic.&.§.ſi ancillam.& de iudi.l.poſt rem. ſimile de quo eſt deciſum per iuſ. iurandum: vt.d.l.poſt rem.§.j.& de iureiuran.l. nam & poſtea. §.j. pro quo facit: nā in certis caſibus tm̄ permittiť, vt propter inſtrumenta de nouo reperta detur reſtitutio: vt.ff.de re iu.l.imperatores. Modus probandi hāc denūtiationem hic ſit, vt prima de nūtiatio ꝓbetur per ſeipſam: cū dicat, corripe eū iter te & ipſum ſolum. Sed an denūtiatus poterit probare cōtrariū: qđ videť de facili: qa poſſet probare rex Francię, qđ rex Angliæ nūquā fuerat ei locutus. ſed cōtrarium puto, cū prima denuntiatione dicať fieri per ſeipſum, etiam ſi fieret interueniente organo. ſ. epiſtola vel ſe creto nuntio: vt.ff.de conſti.pecu.l.qui autē §.fin. &.l.ſeq. huius cōtrarñ quodā modo poſsibilis eſt ꝓbatio. Secūda denūtiatio eſt approbāda p ſe & vnū aliū legitime deponētē, vel p ſe & duos alios, cum dicat: adhibe tecū vnum vel duos: cū in ore duorū vel triū ſtet omne verbū. Tertia denuntiatio q̄ fit eccleſię, ꝓbať per ipſum libellū denūtiatoriū datū ipſi iudici eccleſiaſtico. Quarta, ſ. qđ peccet in eum: ꝓbať, ꝓbando qđ detinet rē ſuam, vel quod eſt ſuus debitor. hæc autē elidiť hoc modo, dicit denūtiatus, nō pertinet ad te cognoſcere iuſte vel iniuſte detineam: hoc autem ſcio, qđ teneo non cōtra cōſcientiā. & hoc ſufficit vt vltra eccleſia non precedat. licet em̄ probet qđ res fuit ſua, vel ſibi debita, potuit deſinere: & ſic nō ſequiť, qđ cōtra cōſcientiā nō teneat: licet qñ ordinarie agitur: ſufficit probare ſuum, vel ſibi debitum, niſi aduerſarius probet contrariū. Sed in hac denūtiatione ſatis eſt, ſi denuntiatus aliquā iuſtā cauſam alleget, quare cōtra cōſciētiā nō teneat licet cauſam nō probet. crediť em̄ ſibi ad purgandum conſciētiā ſuā, niſi ſcandalū vel publicū peccatū & manifeſtū ſit. tunc enim debet de ſatisfatione conſtare, ſecundū Inn. Sed Hoſt. cōtra: qa ſi ſemel fuerit meū, vel mihi debitū: adhuc præſumiť, niſi ꝓbetur contrariū: vt.C.de probat.l.ſiue poſsidetis. Io.An. videť ſtare dictis. Inn. Tu dic[h], ſi denuntiatus dicit ſe nō tenere contra cōſcientiam ſuā, & nullā cauſam allegat, nō ſufficit: vt.l.q interrogatus. de peti.hære. Idē ſi allegat cauſam iniuſtā: vt.l.nec vllā.§.j.eo.ti. Sed ſi alleget cauſam iuſtam: tunc ſiquidē cauſa eſt depēdēs ex eo facto, qa dicit ſe ſoluiſſe, ſi negat poſitiones denūtiationis, videlicet quod ſi eſſet ſuum vel ſibi debitum, & probatum eſt contra eum: non debet poſtea credi aſſertioni ſuæ: vt.ff.de probat.l. cum de indebito.& extra de ſol.c.fi.&.C.de nō nume.pec. auth. contra qui propriam. cum ſi. Conſcientia enim alterius non debet probari, niſi ex indicijs: vt.C.de dolū.l.dolū. ſed iſtud eſt indicium legitimum & lege probatum. Si vero confeſſus eſt intentionem actoris. ſ. fuiſſe ſuum, vel ſibi debitum, dicit tamē ſe emiſſe vel ſoluiſſe, vel quid ſimile: tunc ſi denuntians non probet intentionem ſuam aliter: quā tali confeſsione, debet ſtari dicto eius ad excuſationē cōſcientiæ ſuæ: vt.C.de teſti.l.ſi quis teſtibus.& de ſen.& inter.l.cum Papinianus.& de iureiur.l.eum qui.in prin. Si autē denuntiator pōt & vult aliter probare quā ex confeſsione denuntiati: tunc ceſſat talis præſumptio. qa forte ideo cōfeſſus eſt, qa ſciebat poſſe ꝓbari. hoc ꝓbatur in gl.in.d.l.eū q.in princ. igitur tūc erit recurrendū ad coniecturas. ſ. cuius vitæ, cuius cōditionis eſt iſte denuntiatus: vtrū eius aſſertioni debeat credi: vt.l. nō omnes.§.à barbaris.de re mili. hoc etiā pēdet ex quātitate rei petitæ: vtrū ſit magna vel parua.arg. eius qđ no.in.l.admonēdi. ff.de iureiur. Sed ſi cauſa quam allegat, eſt talis, quæ ab eius facto non pendeat, & ſic dicit ſe habere ab alijs: an debeat eis credi, videndum eſt, qui ſunt illi à quibus habuit, & cuius opinionis, & vtrum hoc dixerit ante litem motam, vel poſt. arg. extra de teſt. c.licet. ex quibus etiam puto, qđ ſi hoc habuit à procuratore ſuo, cui hoc mandauerat, ſatisfit: vt &.ff.pro ēpto.l.quod vulgo. Idē ſi defunctus ſcriptum reliquit, recte ei credit hæres ad excuſationem ſuæ cōſcientiæ: vt.l.qui cū maior.§.pe.ff.de bo.liber. idē ſi aliqua indicia legitima appareāt, ex quibus pars poſsit informare cōſcientiam ſuā: vt.l.mariti.§.lenociniū.in princi.ff.de adult. Si vero informaret cōſcientiā ſuā ex præſumptionibus nō legitimis, nō excuſať: licet enim nō teneat[i] cōtra cōſciētiā ſuam, habet tamen ſecundū cōſcientiā erroneā, & ſic peccat, niſi cōſcientiam erroneā deponat, & deponere cogeť: vt extra de ſen. excō. c. inquiſitionis. vbi probatur hæc diſtinctio. Sed tu dices, nō per hoc probatur denuntiatio, quæ dicit, qđ peccat in me retinendo meū vel mihi debitum. nam apparet, qđ nō peccat detinēdo: ſed erroneam conſcientiā habēdo. ſed certe finaliter in hoc peccat hęres qui retinet. & ſic videtur probata denuntiatio. ſed qualiter peccat hæres in eo, quod defunctus tenebat contra cōſcientiā? Rñ. forte ipſe hæres ſcit: & ſic contra cōſcientiam retinet. ſi vero ignorat, tunc prius hæredi notificādum eſt, & taliter quod in eius cadat notitiam vel cadere debeat: vt.ff.ſi cer. pet.l. quod te.& ff.depoſi.l.ſi quis inficiatus.& poſtquam notificatum fuerit, debent fieri denuntiationes: nam textus dicit, quod ſi peccauerit in te frater tuus &c. prius ergo debet præcedere peccatum, quā

[a] Et etiam vel Panor.

[b] Idē tenet Bal. ſ. authē. ad hæc & an. in.d.c.nouit. in pe. col. de iudic.

[c] Contrariū tenent Bart. Alex.& Ia.in l.j.ff.de cōdi. indebi.

[d] Idem tenet Bar.in auth. ad hæc.C. de vſu & in.c. ſi quis per triginta.ſupr. ſi de feud.fuer. contro.

[e] Idē tenet Panor.& Fell.in.c.ad aures. extra de preſcript.

[f] Idem Panor.in.d.ca. nouit.

[g] Iſtam opinionē ſequitur Bald. in aut. clericus. C.de epiſc.& cle. Andr. & Ber.in.c. nouit. extra de iudi. ſed contrariū quod imo in illo caſu habebat locū denuntiatio: tenent Hoſt. Panor. & Feli. in d. nouit.

[h] Iſta opi. Placet Pano. in dicto cap. nouit. & ibi; cum dicit eſ ſe de mentę Anto. de Bu

[i] Idē Panor. i.d.c. nouit.

fiat denuntiatio. Sed ſi hæres non patiatur ſe certificari, certe in hoc peccat, & perinde eſt ac ſi eſſet certificatus eſſet. ar. ff. quod vi aut clam. l. j. §. Ariſto. ſententia autem ſuper hac denuntiatione fertur: quod ſi reperitur denuntiatus peccare, in denuntiatione præcipitur ei, ꝙ exeat de peccato. & ad hoc per ſententiã excommunicationis compellitur: vt. d. c. nouit. & not. ꝙ ſolũ in his tribus modis procedendi loquit hæc conſtitutio. ſ. per accuſationẽ, inquiſitionem, & denuntiationem. in alijs vero modis procedãdi, vel per exceptionem nil immutatur. de quo dic vt dixi. ff. de adul. l. ij. §. ſi publico. & iſtis tribus modis procedendi attribuunlur iſtæ tres qualitates, quæ ſequuntur.

a Idẽ tenent Pet. de Ancha. Ioã. de Imo. & Ge. nathã. in cle. ſæpe. de ver. ſignif.

a Summarie. ſumma. i. breuis[a]: vel ſumma. i. prima: vt not. ff. de ſta. ho. l. ſumma. & ſic ſummarie. i. ſummatim vel breuiter vel primarie vt oſtendam. hæc materia tangit per gl. in. l. ij. §. ſciendum. ff. ad exhi. & in Spec. de offi. iud. §. poſtremo. vbi ponit tractatum Io. Sazioli de Piſis. ſed ad maiorem declarationẽ dic[b], ꝙ hoc vt. ſ. ſummarie cognoſcatur, qñ ꝙ adijcit toti cauſę: qñ ꝙ vni articulo. de primo intelligere debemus circa ordinem ꝓcedendi ſummarie. i. breuiter. Et hoc quod dico breuiter, nõ intelligit diminutiue, ſed iſta ꝙ totã ſubſtantiã cõprehendat: vt. l. j. ff. de. reg. iur. & ideo q aliqd dicit ī ſumma, omnia mẽbra principaliter ponit: vt. ff. de condi. inde. l. in ſumma. vbi procedit ſummarie, tunc cõteſtat lis: ſubaudi forte ſi ſnia tribuit ius finale: alias ſecus. ex hoc dico, ꝙ in ꝓceſſu nil debet ſubſtantialibus omitti. & ideo libellus debet eſſe ita plene formatus, ſicut & qñ ordinarie proceditur. ff. ad exhi. l. iij. in prin. Itẽ cõteſtat lis. l. tigni. §. ſi quis non poſsideat. &. §. idẽ ſcribit. &. l. Iulianus. §. proinde. ff. ad exhi. Itẽ ſententia diffinitiua dat: vt. l. iij. §. præterea. ff. ad exhi. & de in litem iurã. l. in actionibus. in prin. &. ff. de libe. agno. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. licet qdã dicãt, ꝙ illa eſt ſnia interlocutoria, vt ibi tangitur ſecundũ Guil. ſed gl. C. cõmi. vel epi. l. j. innuit, ꝙ in his ſummarijs nõ requirat ordo. quod non placet, per. d. leges. Expeditur[d] autẽ iſte proceſſus breuiter: qa licet alias non poſsint dilationes breuiari niſi cauſa cognita: tñ hic abbreuiãdi illa ſola eſt cauſa ſufficiens, ꝙ cauſa debet agitari ſummarie: vt. ff. dę re iu. l. ij. in. fi. nõ tñ ita põt abbreuiari, vt ꝓbationes legitimæ pereãt. hoc em impediret cauſę cognitionẽ: qd' nõ põt: qa cauſæ cognitio eſt ſubſtantia iudicij: vt. C. cõmi. vel epi. l. iudex. &. l. fi. & no. C. de ſenten. l. prolatã. ſed ea quæ ſunt de ſubſtantia, non ponunt omitti per hoc qd' dixit ſummarie, vt dictũ eſt. ergo &c. ꝓbatur extra de verb. ſig. c. ſæpe. in cle[c]. In hoc proceſſu ſi exceptiões apponant, q requirãt altiorem indaginẽ: ſi quidẽ põt per aliũ iudicem examinari: per iudicẽ non admittent, ſed in aliud iudicium ſeruabũtur: vt. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebell. &. l. ij. §. ibidem. ff. ad exhi. Si vero in alio iudicio examinari nõ poſſunt: etiã in illo examinant: vt in. d. §. ibidẽ. ī fin. & ita intelligit gloſ. dũ dicit, de except. quæſitis ꝓ poſſeſsione retinẽda. ſe poſſe reſpuere illa, q non poſſunt alibi examinari, auferet ius patris, & etiã cognito tolleret: qd' nõ põt, vt dictũ eſt. Illa autẽ non dicit habere altiorẽ indaginẽ, quæ põt examinari intra tãtũ tempus[f] intra quantũ principalis ꝓceſſus expedit: etiã ſi hoc nõ opponeretur: vt. l. ſi is à quo. in prin. ff. vt in poſſ. leg. Item ſicut in his caſibus, in q bus ordinarie agit, qs citat peremptorie, ita & in iſtis caſibus vbi agit. ſummarie: qd' patet in interpoſitione primi decreti & ſecundi, qd' ſummarie fit. & oportet ꝙ precedat perẽptoriũ vt. C. de ijs, qui ad ec. cõfu. l. fi. alias præſenti. §. ſed ſi hoc facere. et C. quomodo & qñ iud. l. cõſentaneũ. & Cy. not. ff. de dã. infe. l. ſi finita. §. Iulianus. Tempore autẽ feriarũ nõ põt ꝓcedi, niſi in caſibus expreſsis. ff. de ferijs. l. j. &. ij. & q pluribus alijs legib. nõ obſtat prædictis. extra de verb. ſig. c. ſępe. qa tota hęc gl. ꝓcedit, qñ ſummarie tantũ debet ꝓcedere. ibi qñ oĩa illa verba iungunt ſimul. de quo. j. dicã. Circa modũ probãdi in hac ſummaria cognitione ſciendũ eſt[g], ꝙ plena ꝓbatio eſt facere iudici plenã fidẽ: vt C. de edẽ. l. ꝓcurator. & de cõdi. ob tur. cau. l. j. ff. de prob. l. quinquaginta. habet autẽ hæc plena fides ſuos gradus. qñ ꝙ qs incipit ſuſpicari, hoc eſt à leui argumẽto in vnam partem inclinare: qñ ꝙ qs ĩcipit opinari animũ ſuũ aliqua ratione ſatis forti: nõ tñ ꝙ credat nõ poſſe eſſe cõtrariũ: qñ ꝙ procedit vltra, & incipit credere, ita forti ratione quod firmiter inhæret vni parti, nec de contrario aliquo modo dubitat: & ita eſt plena probatio & plena fides: & hæc naturalis dicitur, & probat. ff. de q ſtio. l. j. in prin. vbi ad tormenta ſeruorũ ita demum venire oportet, cũ ſuſpectus eſt reus: & alijs argumentis, ita probationi admouetur, vt ſola confeſsio ſeruorum deeſſe videatur. quod enim dicit, num ſuſpectus eſt reus, denotat primum gradum, quo quis incipit peruenire ad fidẽ. ſ. ſuſpicionem. quod vero ſubdit, & alijs argumentis, denotat ſecundũ gradum, quo incipit opinari. quod vero ſubdit de confeſsione ſeruorũ, denotat vltimũ gradum. ſ. ꝙ plena fides haberur. & dicit plena probatio. hoc etiã probatur. ff. de teſti. l. ij. §. eiuſdem. in fi. quicqd autẽ credas aut parũ ꝓbatũ opinaris &c. & hoc plenius dixi in repetione legis admonendi. ff. de iureiur. vbi de ſemiplena ꝓbatione tractaui. Nũc autem ad propoſitũ dico, ꝙ quædẽ ſunt cauſæ ſummariæ modici & quaſi nullius præiudicij: & in his ſufficit probatio per iuramentũ: vt. ff. ad exhibẽ. l. theſaurus. nõ enim nocet dño, ſi patitur me cauẽtem de dãno in facto quęrere theſaurum meũ in fundo ſuo. Idẽ vbicunq petitur exhibitio ſola: ſecus ſi in actione[h] ad exhiben. veniret poſſeſsionis translatio: vt. l. Celſus. §. Iulianus. ff. ad exhi. Vel ſi aliter per exhibitionẽ dãnificaretur reus, tũc nõ ſufficeret ꝓbatio per iuramentũ: ſed requireretur alia: vt ſtatim dicã. In his enim vbi ita modicũ præiudicũ vertit: ex ſolo iuramẽto iudex ad ſuſpicionẽ inducit. Quædam ſunt, in quibus aliquale præiudiciũ fit reo: tamen poteſt reparari per aliud iudiciũ, & tũc alia ꝓbatio requirit quẽ per iuramẽtum. ſ. per vnũ teſtẽ: vel aliqua indicia & verſimilia: ita ꝙ in ſuſpicionem vel opinionẽ iudex aduocet: vt. ff. ad l. Aqui. l. in lege Aquil. ſi deletũ ibi, ad ſuſpicionẽ iudicem adducã. & de Car. edict. l. iij. §. cauſæ. ibi, modicũ pro puero facientẽ. & de ven. poſ. mit. l. j. §. ſi ea. & iſta probatio dicitur facta ſummarie, hoc eſt primarie, quaſi ad primum gradum probationis peruenerit. ſ. ad ſuſpicionẽ vel opinionẽ. & iſtud eſt quod dicimus, prima facie, videtur quod ſic, vel prima frõte: vt. C. de edic. diui Adria. tol. l. fi. vel etiã poteſt dici ſummarie. i. breuiter. Nam ad plenam probationẽ ſecundũ conſuetudinẽ hodie approbatam per decretales requiritur quod fiant articuli, & ꝙ ſingulariter & diſtincte probentur. hic vero ſufficit, quod ſummatim negotiũ probetur: vt. d. l. in lege Aqui. ibi, ſummatim negotio expoſito. & hoc intelligo in cauſis ſummarijs valde fauorabilibus. ſcilicet ne propter probationes deficiant: vt alimentorum, & ventris. Si vero nõ ita fauorabiles eſſent, licet poſsint per aliud iudicium reparari ex parte agentis. dicitur autem ſummarie, in eis plena probatio requiritur[i] ex pate agentis. dicitur autem ſummarie reſpectu defendentis: quia ſi accuſator diceretur per calumniam poſtulare, vel aliquam exceptionem opponere, quæ requireret altiorem indaginẽ: differretur exceptionis probatio, ne impediretur actoris intentio. ff. vt in poſſeſ. leg. l. is à quo. §. & de præto. ſtipula. l. j. §. penulti. &. ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. & idem dico[k] de omnibus poſſeſſorijs, iudicijs, quæ dico ſummarie examinari: vt. C. vnde vi. l. momentaneæ. & not. C. quorum leg. l. j. in glo. & poſſunt per iudicium petitorium reparari. nã in eis dico, ꝙ requirit ex parte agentis probatio: ſvt. d. l. j. C. quorũ bo. vbi expreſſe dicitur. Circa vero exceptionẽ aduerſiarij & circa dilationes poterit verſari dicta ſummaria cognitio & ſummaria dicitur hoc caſu quaſi prima facie hoc videat, cum iura partis non perfecte diſcutiantur. Quædam ſunt, in quibus partibus verſatur præiudicium: nec poſſunt in aliud iudicium reparari, niſi per appellationem, vel alijs modis legitimis. & in his ſi dicatur procedendum ſummarie, intelligitur ſolum quo ad ordinem, ſed ab vtraque parte probationes & defenſiones audiuntur: vt. C. de naufr. l. de ſubmerſis. licet ibi ſit pluſquã ſummarie agendum: vt extra de verbo. ſig. c. ſępe. in cle. In his enim cauſis debent intelligi illa conſtitutio: & ſic requiritur hic. Si em in cauſis vbi ponuntur omnia alia vocabula. ſ. ſummarie & de plano &c. ſi hoc eſt in. d. cle. ſæpe. multominus hoc eſt, vbi dicit ſummarie tantum procedi. & prædicta verba vbi contra præſentẽ proceditur. proceſſus autẽ qui fieret cõtra abſentẽ, ex quo poſſet contra eum aliquod decretũ interponi, vel diffinitiua ſnia ferri: ſemper debet dici ſummarie agitari. nã cũ merita cauſarum partiũ aſſertione pandãtur: vt. l. fi. C. ſi per vim vel alio modo. ſi fit parte abſente, nõ poteſt dici, ꝙ plene liqueat iudici. forte enim ſi pars fuiſſet præſens, aliquid oſtendiſſet. & ideo totũ qd' probat, dicitur conſtare ſummarie: hoc eſt primarie. i. prima facie. & ideo geſta parte abſente nõ ita porrigunt effectus ſuos ad extraneos[l] vt. l. qui repudiantis. &. l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoff. teſta. cum ſi. & ſic ſummatim cognoſcitur: vt dicit gl. C. de bo. autor. iudi. poſ. l. cũ proponas. & authen. ibi poſita. &. ff. ex quibus cau. in poſſ. ea. l. Fulcinius. §. j. & ibi gloſſ. dicit, quod ſecundum decretum non præcedit ſummaria cognitio: & quod in eo requiretur probatio per inſtrumentum vel per idoneos teſtes: vt. l. fi. C. de bon. autori. iudic. poſſ. ſed in primo decreto, quia ibi generatur modicum præiudicium: quod poteſt de facili reparari, ſufficit probatio per iuramentum: vt probatur in authenti. de ex. re. §. ſuſcepto. alias. §. ſi vero quidem iurent. quod enim ſit dictum ſummatim, ſentit Specu. in. d. §. poſtremo. circa fin. Et ſi queratur, que ſint cauſæ ſummariæ: gloſſ. dicit, quod regulariter omnis cauſa requirit plenam cognitionẽ: vt. l. iudices. C. de iudic. fallit in caſibus, quos numerat. ff. ad exhiben. l. iij. §. ſciendum. Specu. idem dicit, & certos caſus enumerat. ſed Dyn. ff. de prę. ſtipula. l. j. §. penul. dat regulas ſic, vbicunque agitur cauſa, in qua

b Istam doctrinam Bar. de verbo, ad verbũ ſequũtur Ioan. de Imo. Pe. de Anch. & Ge. nathã. in loco. præallega.

c Et male ſecundũ Bart. vbi plenius vide in. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. ff. de lib. agno.

d Idem tenẽt Imol. Pę. & Geor. vbi. ſ.

e Idem tenẽt ꝓdicti ſcribẽ. ī. d. cle. ſępe.

f Dic melius qñ illud tempus relinqui tur arbitrio iudicis, ſecundum Ge. in d. cle. ſępe.

g Idem tenẽt Bar. & Fran. eiſ. Cur. & ibi latius loquũtur ī. l. admonẽdi. ff. de iureiur.

h Vide plene p Ange. Are. in. §. ꝓterea. in. iij. col. iſti. de actio.

i Idem Ioa. de Imo. Pet. de Ancha. & Ge. nathã. in d. cle. ſępe. de verb. ſignifi.

k Sequũtur Bart. & Sal. in. l. j. C. quorum bono.

l Et Idem dicendũ eſt regulariter de ſnia ſtlata ī cauſa ſummaria: quia regulariter non porrigit ſuũ effectum ad alias perſonas, nec facit prꝫiudicium ī cauſa plenaria Bal. in. l. filiũ. ff. de ijs qui ſui, vel. alie. iur. ſunt.

in qua ſententia lata tribuit ius finale,& aufert plenum ius & tribuit alteri:ibi deſideratur cauſæ cognitio plena. vbi vero econtra non deſideratur plena,ſufficit ſemiplena:vt.ff.quis or. in bono.poſ.ſerue.l.ij.& de bo.poſſ.l.iij.§.ſi cauſa cognita. ſed certe illæ leges hoc non probant. Nam diſtinguntur vtrum detur de plano:an iudice ſedēte pro tribunali.nam aliud eſt dicere de plano, & aliud eſt dicere ſummarie:vt.j.dicam in ſequen.gloſſ. nam bonorum poſſeſsio quæ tribuit ius,datur iudice ſedente pro tribunali:& tamen nō datur in forma iudicij:vt no.in.d.§.ſi cauſa cognita.ſuæ tñ regulæ mihi placent [a]:vt dicamus ſic,vbicūque ſententia data tribuit ius finale.nec poteſt per aliud iudicium reparari,nec per appellationem vel aliud remedium, tunc requiritur cauſę plenaria cognitio regulariter:vt in.d.l.iudices.C.de iudic. fallit in caſu dictæ.l.de ſubmerſis.C.de naufra. Item in caſu huius conſtitutionis.Item in caſibus,qui ponuntur in capit. diſpendioſam.extra de iudi.in cle. Itē in caſibus, in quibus ſentētia poteſt ferri contra abſentem,& negotium liquidari:vt.C.quomodo& quando iud.auth.qui ſemel.&.C. vbi de crimi.agi oportet. aut. qua in prouincia.Item vbi peruenitur ad ſecūdum decretum vt dictum eſt. Secunda regula eſt quod vbi cauſa agitur ſuper qua ſententia lata non parit magnum præiudicium,vel parit tale qđ per aliud iudicium poteſt reparari abſque alia appellatione vel reſtitutione,vel ſimili remedio:tunc procedēdum eſt ſummarie. Iſtud probatur in omnibus exemplis poſitis in dicto .§. ſciendū. in gloſſ.& in eo quod ſupra dixi de iudicijs poſſeſſorijs. Sed hoc quod dico ſummarie,diuerſimode accipitur: vt ſupra oſtenſum eſt. Sed dicas tu: nulla lege antiqua reperitur quod agatur ſummarie. nam in.d.l.iij.§.ſciendum .ff. ad exhibend. dicitur quod ſummatim debet cognoſci,an actoris intereſſit.& ſic illum articulum tantum dicit examinandum, non totam cauſam. Similiter in cauſa alimentorum & Carboniano ſummatim examinatur an ſit filius:& ſic vnus articulus:vt.ff.de libe.agnoſcen.l.ſi quis à liberis.§.ſi vel parens.& de Carbo.edict.l.iij.§.cauſæ.& idem in ſimili.ſed vbi aliquid,quod eſt principalis cauſa intentionis,venit examinandum ſummarie:merito tota cauſa dicitur ſummaria. de ſecundo videlicet quando hoc,ſcilicet quod cognoſcatur ſummatim,additur vni articulo,qualiter intelligatur.At quod dico, qđ ſi cauſa principalis eſt ſummaria,& omnes articuli ſunt ſummarij: eadem ratione,vt dictum eſt. Si vero cauſa principalis requirit plenam cognitionem cauſæ, tunc de emergentibus & incidentibus videamus. Dico, quod quædam ſunt emergentes.in quibus,ſiue quis vincat,ſiue vincatur, cauſa principalis propter hoc non perditur.& in his ſemper dico ſummarie cognoſcendum.exemplum.ff.de peti.hęred.l.ſi quis libertatem.in fin.& de interro.actio.l.defenſor.§.illud.nec dico hic,vel in alijs emergentibus vel incidentibus agi ſummarie reſpectu ordinis quia in his ordo attenditur reſpectu ipſius cauſæ principalis. Sed dico ſummatim cognoſci reſpectu probationum:quia cum res ſit modici præiudicij,ſufficit,quod oſtendatur iudici ſic eſſe prima facie: vt dictis legib. Quædam ſunt emergentes, in quibus ille, qui illas emergentes proponit,ſi vincit, propter hoc non vincit cauſam principalem:ſed remanet in dubio.ſed ſi perdit in illa emergenti perdit cauſam:vt cum actor in prima dilatione nil probauit: vel reus intentione actoris fundata in prima dilatione nil probauit: petit ſecundam.ſi obtinet,non vincit cauſam,ſed remanet in dubio probationis.ſi vero perdit in illa emergēti,abſq; dubio perdit cauſam.In iſtis,ſi quidem loquimur de probatiōe impedimēti fienda ab eo,qui petit ſecundam dilationem:dico quod ſufficit ſummaria & ſemiplena ꝓbatio:quod patet:quia ſufficit probari per iuramentum:vt extra de excep.c.paſtoralis.&.ff.de excu.tuto.l.ſcire oportet.§.ſufficit.in fin.& ita determinauit papa, vt retulit Spec.in titu.de appel.§.nūc vero.ver.quid ergo.quod tenet Guil.in.l.ij.§.ſi quis.ff.ſi quis cau.& huius caſus eſt ratio:qa conſequitur modicum commodū,vt dixi.Sed qñ de probatiōe impedimenti tractareť:tūc illud non aſſero probari ex ſolo iuramēto,& per ſolū iuramentū:ſed conſidero iſtū emergētē ex parte reſiſtentis:quia ex denegatione huius dilationis conſequiť magnum commodum:& ſi vult impedire,requiriť cauſæ plena cognitio:vt eſt tex.C.de dilatio.l.à procedente.vbi expreſſe dicit, quod ideo cauſæ plena cognitio tunc requiritur:qa ſi denegareť ſententiareť ſuper principali quæſtione:igiť de dilatione: qa aliquo caſu requiritur plena cognitio.ſ. qñ denegať:igiť in dubio dicitur plenam cauſæ cognitionem requiri.arg.ff.de cōdi.inde.l. ſufficit. Quædam ſunt emergētes,q̄ habēt ſe ecōtra ad p̄dicta, q̄ ex parte eidē qui emergentē proponit,ſi vinceret,totū ibi vinceret.ſed ſi perderet,non per hoc perdit totum,nec aduerſarius vincit.exemplū in exceptione rei iudicatæ,inriſiurādi,& tranſactio. quę opponūtur à reo ante litē conteſtatam ad impediendū ꝓceſſum.ſi enim opponens vincit,totum vincit:ſi perdit,remanet lis.

[a] Iſtam doctrinā ſequitur Geor. in dicta ele. ſępe.

hoc enim ex tempore opponētis requirit plenā probationem,vt vincat:poteſt tñ hæc cognitio dici ſummaria propter breuitatē dilationis:quia ſi requireret altiorē indaginē: differretur illa exceptio,quantū ad impediendū ꝓceſſum,& cōteſtabitur lis poſtea opponetur in vim peremptoriæ:vt.l.nā & poſtea.in princ.ff. de iureiur.in textu & in gl. & ex hoc dico,quod ſi opponens in illa exceptione ſuccumberet,nec plene ante litē cōteſtatā probauit.poſito q̄ ſuper hoc examinati ſint teſtes,& poſt litē conteſtatam iterū poterit opponi:& teſtes iterū examinari ſuper eodē,& iterum publicari.nam primo fuerunt examinati ſummarie. ergo non impedit examinationē,quæ fit poſt litem conteſtatā,vbi fit plenarie.ar.l.pe.ff.de ijs q̄ ſunt ſui vel alie.iur.& in.l. à diuo Pio. §.ſuper rebus.ff.de re iudi.Item quia teſtes examinati ſuper vna inſtātia ad vnum finē,nō impediūt examinationē fieri in alia ad alium finem.arg.ff.de edē.l.argētarius.§.pe.&.ff.de furt.l. qui tabulas.§.fi.ſed hic ante litē conteſtatā,ꝓducunť ad vnū finē, ſcilicet ne procedatur:poſtea vero producunť ad alium finē, ſcilicet vt diffinitiue abſoluatur.& cum inſtātia incipiat à cōteſtatione, non poteſt dici q̄ producātur in eadē inſtantia:vt hic eſt caſus,& extra de teſti.c.veniens. Quædam ſunt emergentes vel verius incidentes:vt quādo producuntur aliquæ peremptorię.& iſtarum quædam ſunt,quæ à principali intentione non poſſunt ſeparari: vt omnis exceptio intentionis.ſi enim dico, teſtamētum nullum eſſe, quia ruptum agnatione poſthumi,vel ſi dicam actori non competere ius agendi,quia meus ſeruus eſt,vel eum qui petit hæreditatem,non eſſe hæredem,quia ego ſum hæres,& ſimilia. nō enim poteſt pronuntiari devno quin pronuntietur de altero,tūc de hoc incidenti cognoſcendum eſt plene.quod patet, quia ſentētia lata ſuper principali parit exceptionem rei iudicatæ ſuper incidenti:vt.l.j.C.de or.cog.l.ij.& de excep.rei iudi.l.ſi inter me & te.quod intellige ſi principalis cauſa requirebat plenam cauſę cognitionē:vt.d.legib.ſecus ſi ſummariam:vt.ff. de ijs qui ſunt ſui vel alie.iur.l.pe.& de libe.agno.l.ſi quis à liberis.§. ſi vel parens. Quædam aliæ ſunt incidentes peremptoriæ,quæ poſſunt ſeparari à principali:vt quæ vere eſt exceptionis exceptio .i. actionis excluſio.nā vtrūq; eſſe poteſt:& poteſt de vno cognoſci & aliud omitti.Et iſtarū quedā ſunt,quæ principaliter nō poſſunt per ſe in alio iudicio agitari:vt exceptio pacti:& ſi quæ ſunt alię merę exceptiones.& de iſtis ſine dubio debet plenius cognoſci,cum ex vtraque parte debeant plenius diſcuti:vt in.d.l.iudices .C. de iudi.& hoc facit,quia parit plenum præiudicium ab vtraq; parte. Quędam ſunt exceptiones quæ poſſunt per ſe examinari in alio iudicio:nō tamen ad eundē finē,ad quem proponūtur in primo: exemplū in.l.vendicantē.&.l.ſeq.ff.de euict. tunc debet etiā plene probari eadē ratione:tñ licet qs ſuccumbat per modum exceptionis,poteſt illud poſtea deducere in iudicium per modū actionis:vt.d.l.vendicantem.in fi.&.l.ſe.ratio eſt:quia ad diuerſum finem agitur.& ſic non videtur eadem res: vt.l.cum quæritur. ff. de excep.rei iudi.ita not.Cy.C.ſen.reſcin.non poſſ.l. peremptorias.dixi plene quantum ad hoc in.l.qui Romæ.§. duo fratres.ff. de verb.oblig. Quædam ſunr exceptiones.quæ poſſunt per ſe examinari in alio iudicio ad eundem finem per modum agendi: vt exceptio compenſationis.ſicut enim cum opponitur, tendit ad hunc finem,vt mihi ſatisfiat compenſando:ita cum ago, tendit ad hunc finem,vt mihi ſatisfiat ſoluendo. & iſta cum poſsit in alio iudicio reparari,habet in ſe aliquid ſummariæ cognitionis:quia ſi habet altiorem indaginē,iudex nō debet eam admittere.C.de compen.l.fin.& ideo ſi opponeretur compenſatio debiti naturalis,quod nō poteſt deduci in alio iudicio agendo, hoc non haberet locum,ſed deberet plene examinari ſicut aliæ exceptiones: vt dictum eſt. Sed ſi admittitur ad hoc vt opponēs vincat,vel vt reprobetur compenſatio: requiretur plena cauſæ cognitio,cum plenum etiam faciat præiudicium: vt.l. quod in diē. §.ſi rationem.ff.de compen.&.ff.de neg.ge.l.ſinautem.§.ſi. Sed ſi iudex eam dimitteret non reprobando: tunc non faceret præiudicium:vt ibi.Et prædicta de his,quæ emergunt ante ſententiam.ſed poſt ſententiam quandoq; occurrūt aliquæ emergentes vel incidentes:& ideo dicit,quod poſt ſententiam aliquando opponuntur aliquæ exceptiones ad merita cauſæ,non ad ſententiam:vt in caſu.l.j.C.de iur.& fact.igno.& tunc idem dicit quod ſ. Quædam ſunt quæ opponūtur contra ipſam executionem: vt quia dicit,quod non debet fieri executio: quia ſententia nulla, vel lata prætextu falſorum inſtrumentorum, vel alia ſimilia: & iſta requirunt ſummariam cognitionem quo ad breuitatem dilationis:quia ſi requirūt altiorē indaginē,non impediret executio, ſed exceptio reſeruaretur præſtita cautione de reddēdo, qđ exigiť.C.de fal.l.ij.&.C.de preci.imper. offe.auth. q̄ ſupplicatio.& extra de in integ.reſt.c.ſuſcitata.ſed ſi probationes deberent eſſe in promptu:vt.C.ſi ex fal.inſtr.l.fi.ibi,manifeſte ꝓbationes &c.

Sūmaria examinatio plenariam non impedit.

idem

idem puto quando opponitur exceptio, quod nō debet mandari executioni in totum: sed quatenus quis facere pot[est], vel alia similia: vt. ff. so. ma. l. si ex diuerso. ſ. fi. cum ſi. Quædam exceptiones opponuntur non contra executionem ſimpliciter, ſed contra rem, in qua fit executio. & iſte ſimpliciter requirunt ſummariā cognitionem quo ad breuitatē, & quo ad ſemiplenā probationem: vt. l. à diuo Pio. ſ. ſi ſuper rebus. ff. de re iud. ratio: qui ibi vertitur modicum præiudicium: quia ſi non mandatur executioni ſuper illa re, mandabitur ſuper alia. Item de illa quæſtione poterit cognoſci in ordinario iudicio: vt ibi dicitur. Sed quando contenditur vtrum ſententia ſit executioni mandanda vel non, & ſic de viribus ſententiæ: tunc eſt res magni præiudiciꝫ. Sed quid ſi in cauſa ſummaria iudex in ſententia dixerit ſe habuiſſe plenam cauſæ cognitionem: an per hoc faciet præiudicium in alia cauſa? Reſpō. non: qa debet intelligi ſe habuiſſe plenam ſecundum quod natura cauſæ exigit: vt. l. ſi vnum. in prin. ff. loca. & de vſur. l. ſi ſtipulatus. & de dam. infec. l. damni infecti. ſ. quædam. & quia cognoſcere ſummarie non eſt ſolum in iudice, ſed etiā in parte, quę forte nō curat producere probationes ideo: qūa ſcit cauſam poſſe reparari in alio iudicio. & hoc maxime verum eſt, ſi pars contradicit ſententiæ: vt in. c. ſæpe. in fi. extra de ver. ſig. in cle. Sed illud. cap. loquitur in cauſis, quæ parant plenum præiudicium, quocunque modo agatur. ſed ſi in cauſa in qua requiritur plena probatio, diceret ſe habuiſſe cognitionem ſummariam: puto ſententiam non valere: quia plenaria cauſæ cognitio eſt de ſubſtantialibus: vt C. de ſen. l. ex ſtipulatione. & C. communi. vel epi. l. iudex. ideo ſi omittitur vitiatur ſententia: vt not. C. de ſen. l. prolatam. Item quod ſupra, dixi de hac dictione ſummaria: idem intellige ſi dicetur, qd cauſa deberet recte examinari ſimpliciter: de quo verbo fit mētio in. d. c. ſæpe. quia debet intelligi hoc ſimpliciter ſine plica, id eſt, ſine diſtinctione & inuolutione: vt. ff. pro ſocio. l. coiri. & de vulg. & pupil. ſubſtit. l. j. & de verbo. obli. j. ſ. ſi quis ſimpliciter.

a De plano[a]. planū eſt oppoſitum alto. Item altum dicitur ratione loci vel ſtyli. dicimus enim quem vti alto ſtylo. Itē de plano fieri oppoſitum eſt ei, quod fit velociter. quælibet iſtarū ſigni ficationum poteſt habere locum hic: vt ſtatim patebit. videamus ergo, quæ cauſæ debeant agitari de plano, & quid importet: & dico ſi quidem cauſa eſt vilis, vel de vili materia, vel viliū perſonarum: tunc hic agitur de plano: vt. C. de ſenten. authen. niſi breuiores. & ff. de offic. procon. & le. l. nec quicquam. ſ. de plano. & de ac. l. leuia. & tunc de plano importat, qꝫ iudice nō ſedente pro tribunali: & ſic non in loco alto. Itē qñ non ſeruaſ ſtylus aliorum iudiciorum: ſed ſine libello, vel in alīs ſolennitatibus cognoſcimus veritatem: vt no. in. d. ſ. de plano. in gloſſ. & Guil. de Cun. in. l. leuia. ſecundum vnam opinionem verā. Si vero eſt cauſa pōderis grauioris: tunc regula eſt, quod cauſa debet agitari plene, & ſolenniter cognoſci: vt. l. iudices. C. de iudi. fallit in quibuſdam cauſis, quæ agitantur de plano: vt. ff. de quæſtio. l. vnius. ſ. finali. & extra de iudi. ca. nouit. in fi. & extra de accuſa. c. olim. & in his non intelligitur excluſus ordo iudiciarius: vt dicto capit. olim, & ibi not. per. Innocen. & ratio: quia in cauſis magnis procedere ita repentine ſine ſolennitate, & eſt ſtylus altus nimis. ſolum enim reges & principes hoc faciunt. Sed procedere ordinarie eſt in his de plano procedere. hoc eſt non frequenter, nec ſtylo alto. Vides ergo, quod ex diuerſitate cauſæ ſtylus dicitur altus diuerſimode: & in his ſemper puto, quod non erit neceſſe iudicem ſedere in alto tribunali, ſed in camera poterit fieri. & hoc ſi de tota cauſa agitanda de plano quæritur. Si vero quæritur de aliquo articulo vnius cauſæ, quæ debet agitari ordinarie, an articulus aliquis poterit agitari de plano? Dic quod quædam facit quis in iudicio coram iudice, vbi ſufficit præſentia iudicis, vt producere libellum coram iudice. & iſtud ſemper poteſt fieri de plano, hoc eſt iudice non ſedente pro tribunali, & die feriata ob neceſsitatem hominum: vt. l. miles. ſ. ſexaginta. ff. de adul. Item in appellatione, quę ſolum coram iudice interponitur: vt. C. de ferīs. l. j. per hoc dico, quod relationes nuntiorum quæ fiunt iudici, poſſunt fieri de plano. & ſi aliquis habet terminum ad producendum aliquid corā iudice, idē: quia de plano poterit fieri, per dictas leges: ſecus ſi habuit terminum ad probandum: quia per hoc ſolum, quod exhiberet coram iudice, nō fieret probatio, niſi parti deſ copia & terminus ad opponendum. & ſic qd productū eſt, approbabiſ vel reprobabitur: hoc eſt, ei imponiſ fides vel nō: vt. C. de fid. inſtr. l. fi. Quidā ſunt articuli, in quibus opus eſt iudicē aliqd facere: & tūc ſi quidem illud eſt modici præiudiciꝫ, ita qꝫ ſummariā cognitionē reqrat: ſecundū quod dicitur. C. de defen. ciui. l. iubemus. ſ. illud. & dixi in præcedenti gl. & tūc poterit de plano examinari: hoc eſt iudice non ſedente pro tribunali, & die feriata ob neceſsitatē hominū: vt. ff. de interro. ac. l. voluit. ſ. fi. Si vero illud poteſt eſſe ab aliqua parte magni præiudiciꝫ: tunc non debet agitari de plano, ſed plene cauſa cognita & iudice ſedente pro tribunali: vt

ſtrepitu[b] & figura[c] iudiciꝫ † C. de dilatio. l. à procedente. & prædicta vera ī cauſis, in qbus venit ferenda ſententia diffinitiua. Sed contingit aliqñ, qꝫ corā iudice agitaſ quędā cauſæ, & non ſperatur ſententia, ſed aliquod decretum iudicis. & in his dic, qꝫ qñ decretū tale interponiſ in his. quę ſunt mere volū tariæ iuriſdictionis, & nulla alia cauſa requiriſ, niſi partiū voluntas. & iſta de plano interponiſ. i. iudice nō ſedēte pro tribunali: vt inſti. de liber. ſ. ſerui. & ff. de manu. vin. l. nō eſt omnino. Quædā ſunt, quæ requirunt cauſæ cognitionē: & tunc ſiquiſ dē eſt cognitio leuis ſeu ſummaria: vt in tutore ſeu curatore, q daſ ſine inquiſitione: & iſta poſſunt ſimiliter agitari de plano: vt. ff. de tuto. l. qui habet. ſ. quolibet loco. qꝫ in bo. poſ. quæ non tribuit ius: vt ff. quis or. in bo. poſ. ſer. l. iñ. ſ. dies. & de bo. poſſ. iñ. ſ. ſi cauſa cognita. Quædā ſunt. q requirūt verā & plenā cauſæ cognitionē. vt datio tutorum ex inquiſitione, & bo. poſ. q tribuit ius: & tūc nō pōt fieri de plano, ſed iudice ſedēte pro tribunali: vt. ff. de confir. tu. l. naturalis. ſ. fin. & de bo. poſ. l. iñ. ſ. ſi cauſa cognita. & d. l. iñ. ſ. dies. ff. qs or. in bo. po. ſer. Sed aduerte qa ī iſtis caſibus licet requiraſ plena ꝓbatio, nō tñ eſt cauſa ordinaria. imo nō fi in forma iudiciꝫ, imo nulla parte citata: vt not. in. d. ſ. ſi cauſa cognita. & d. ſ. dies. Et illo reſpectu poteſt dici nō plenaria, & per ea, quæ dixi in præce. glo. & ſic patet, qꝫ illæ leges q dicunt de plano cognoſci longe differūt ab his, q dicunt cauſam ſummarie agitari. vnde ex. d. l. iñ. ſ. ſi eā cognita. & d. l. ñ. ſ. dies. non debuit Dy. ſumere regulas ī materia ſummarię cognitionis: vt dixi in p̄di. gl.

